t ¶ Paruulus. Hīc cōſequenter ponit̄ exaltatio Chriſti ſcd̄m humanitatē ī ſua aſcēſione. Sciēdū tn̄, qd̄ Ra. Sa. & Iudæi moderni ſequētes ip̄m exponūt hūc paſſum de Ezechia rege Iuda, lr̄am corrūpēdo. Dicit em̄ qd̄ hęc eſt lra Hebraica: Infans natus eſt nobis: fili̇ datus eſt nobis, & erit principat̄ ſup humerū ei̇, & vocabit̄ nomē ei̇ admirabilis, conſiliarius, dė fortis, pater ſempitern̄, principē pacis. Et talis corruptio pōt de facili fieri in Heb. qa hæc dictio ויקרא uaiquare, q̄ ſignificat, & vocabit̄, & ויקרא uaiqra, quæ ſignificat & vocabit, eiuſdē literis penit̄ ſcribunt̄ in Heb. ſed variē ſonant, ꝓpter aliā & aliā punctuationē. Irē ſiſr qd̄ dicit principē pacis in accuſatiuo, ꝓnoīatiuo faciliter ſit ī Heb. qa noīa ſunt apud eos indēclinabilia, ſicut apud Latinos cornu & gelu. igit̄ ſic exponit autoritatē p̄dictā: Infans natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. quaſi diceret propheta, licet Achaz ſit idololarra peſsimus: tamē filius eius Ezechias qui erit rex noſter poſt eum, erit bonus & iuſtus. Et vocabit nomen eius admirabilis, &c. id eſt deus noſter, qui eſt admirabilis cōſiliarius, dė fortis, pater ſempiternus, vocabit, ſcilicet Ezechiā principem pacis, quia faciet pacem in diebus ſuis. ita qd̄ nomina deitatem exprimentia non referuntur ad puerum natum: Sed qd̄ iſte corrumpat literam ponendo vocabit pro vocabit̄, patet ex tranſlatione LXX. interpretum, qui fuerunt Hebręi & valde literati, quorum translatio talis eſt: Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius imperium ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius magni conſilij angelus, ita quòd pro iſtis dictionibus

✻ a ¶ Trās Ior. Ga. gen. Galilæa nāq; volubilis interpretat̄. nā ex volubilitate mentis, pcdit, qd̄ tales à bono propoſito ſic mutātur. Moraliter

b ¶ Populus qui ambu. in tene. ſcilicet peccatorum ante religionis ingreſſum. c ¶ Vidit lucem ma. ingrediendo & profitendo per inſpirationem diuinam. d ¶ Habitantibus in regione um. mor. &c. Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem expreſsionem. f ¶ Multiplicaſti gen. ſcilicet religioſam. Sed quoniam aliqui deficiunt, vt dictum eſt, ideo ſubditur malis: g ¶ Non magnifi. læ. &c. Et de bonis ſubditur: h ¶ Lætabuntur co. te. ſpirituali deuotione. i ¶ Sicut qui læ. in meſ. ex bonorum fructuum collectione. k ¶ Sicut exultant ui̇. de mundo, carne, & diabolo triumphantes. ideo ſubditur: l ¶ Iugum enim one. eius. ſcilicet carnis aggrauantis. m ¶ Et uirgam hu. eius. id eſt mundi, qui humeris ſeruorum ſuorum imponit graue iugum. n ¶ Et ſceptrum exa. eius. id eſt dæmonis, de quo dicitur Iob. xlj. d. quòd ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. o ¶ Superaſti, ſicut &c. i. ex diuina virtute, ſicut Madian fuit ſuperatus à Gedeone, Iudic. vij. ſ. ideo ſubditur: t ¶ Paruulus enim natus eſt nobis &cætera. id eſt Chriſtus, cuius virtute diabolus eſt ſuperatus.

✻ Et vocabitur

a ſQuæ eſt. ſ. b ſQuia multæ gentes habitabant ibi.

a ſIſrael vel quarunlibet gentium. ſIgnorantię.

a ſChriſtum, qui dicit: Ego ſum lux mundi. ſErat lux vera, quæ illumi. omnem hominem venientem in hunc mundum.

ſPeccati.

a ſChriſtus. b ſNotitia tua. c ſVox apoſtolorum ad Chriſtum ad lucem ortā. d ſ Gentiles.

ſApoſtoli.

ſO Chriſte. ſMeſſores.

a ſGentis quam ad fidem colligunt. vnde: Meſsis quidem multa, operarij vero pauci. b ſApoſtoli. qui carnem & diabolum vicerunt.

a Alios paſtores, alios doctores, & huiuſmodi. b ſGenus humanum a diabolo ablatum.

ſDominationem. a ſDiaboli. b ſPotęſtatem.

ſImperium.

a ſO Emmanuel. b ſQuam facile. ſ. & ſine ſanguine a Gedeone victi ſunt Madianitę. in quo Chriſti victoria ſignificatur.

a ſEbrii. ſAuferui. b ſQui pugnabit pro nobis. ſSecundum carnem.

ſGehennę.

a ¶Principatus super hu. Dum duceretur ad patibulū, por-
A tauit crucem, in qua meruit principatum. ¶Septuaginta. Ma-
Ioh.19.c. gni consilij angelus. Quod in Hebræo non habet, sed noīm ma
iestate pterriti, nō ausi sunt de puero dicere, ꝙ aptè deꝰ appellā-
dus sit. Iō, p his sex noibꝰ hoc posuerūt, magni cōsilij angelus.

Sup. 7 .b. b ¶Ze.do. Cœpit Emmanuel, ꝓphetia
vbi dicit: Pete tibi signū à deo. hīc finit.
c ¶Ver.mi.do. Verbū Hebraicū דבר
Dabar per tres cōsonātes scribit, Daleth,
Beth, Res. Si legat Dabar, vbū significat
si Deber, mortē & pestilētiā. Vñ quidam
ambiguitate decepti, mortem dicūt esse
missam. ¶Verbū, ꝑceptū ad Iram, vt de
† de sacra vncti. c. vnico. Iuda reges fierēt, q omni Israel imparēt.
Cecidit autē Isrl. i. in. x. tribꝰ, q̄ neglecto
dei mandato domū Dauid abiecerūt, &
2. Reg. 12. c. Ieroboā de tribu Ephraim elegerūt. vñ
& Ephraim cognominatæ sunt. Spūalr
aūt verbū euāgelij misit dns in Iacob. i.
† in perpetuum in aplos & alios, & cecidit in Isrl. Præ-
uaricatiū est. s. ab incredulis. Vel verbū,
id est filiū misit i Iacob. s. pplm Iudeorū
& cecidit in Isrl, qa gētes eū receperunt.
Verbū misit domi. in Iacob. i. in ec-
clesiā. s. q̄ priorē pplm supplantauit. Et
cecidit i Israel. i. in hæreticos, q deū vide-
re se iactāt. Sciēt itaq; principes eorū, &
oēs q habitabāt in Samaria. i. q legem se
custodire dicūt, & in vbertate ꝑturū esse
& fructus afferre iustitiæ (Ephraim nāq;
interpretat vbertas) qui. s. despiciunt ec-
clesiā & simplicitatē eiꝰ putāt imperitiā.
☞ Lateres cecide.

Nicolaus de Lyra.

☞ ctionibus, admirabilis, cōsiliariꝰ, deꝰ
fortis, pater futuri seculi, princeps pacis,
posuerūt hoc solū, magni cōsilij angelꝰ.
Cuiꝰ causa fuit sc̄m qd̄ le, dicit in epla
ad Desideriū, q̄ ꝓponit in Bibliis prīci
B pio Genesis, qa trāstulerant libros vete.
testamēti Ptolemæo regi, q erat philoso-
phus & vnius dei cultor. & ideo vbi in Hebræo fit mentio de
deitate Christi, sicut fit in hoc loco tacuerunt. vel aliter transtule
runt, Neptolemæus crederet eos ponere duplicem deitatem, &
vt secretum fidei non aperirent Gentili. patet tamen ex eorum
translatione quod in Hebræo habetur, & vocabitur, & non vo
cabit, & quòd illud quod sequitur: Admirabilis, consiliarius,
deus fortis &c. referē ad puerū natum, & quod in fine autorita-
tis nō habetur, principem pacis, in accusatiuo, sed princeps pa-
cis in nominatiuo, quia loco omnium istarum distinctionum
ponitur in translatione. LXX. magni consilij angelus, in nomi
natiuo. Item hoc idem patet per translationem Chaldaicam,
quæ autentica est apud Hebræos, vt dictum est suprà p̄cedenti
capite quæ talis est: Infans natus est nobis, & filiꝰ datus est nobis,
& recipiet super se legem ad seruandum eam, & vocabitur no-
men eius ab ante mirabilis cōsilio, deus fortis, permanens in sē-
cula seculorum Messias, in cuius diebus multiplicabitur pax su-
per nos. Ex hoc paret manifestē, quòd passus iste loquitur ad li-
teram de Christo, qui expectabatur in lege & prophetis ad salu-
tem mundi venturus. Quòd autem in hac translatiōe ponitur:
Et recipiet super se legem ad seruandum eam, loco cuius in He-
bræo habetur: Et erit principatus super humerum eius, cōuenit
ipsi Christo, qui factus est sub lege, vt dictum est ad Gal. iiij. Et
qui dicit de seipso, Matth. v. b. Non veni soluere legem, sed ad-
implere. Quia etiā in ea dicitur: Et vocabitur nomē eius ab ante
mirabilis &c. conuenit Christo, qui vocatus fuit ab angelo Ie-
sus, anteq̄ in vtero conciperetur, vt dicitur Luc. ij. in quo nomi
ne, quod salus interpretatur, oēs conditiones hīc tactæ implicitè
continent. Igit remota falsa expositione accedamus ad veram,
quæ est de dño Iesu Christo, cuius hīc introducit principatus, ve
runtamen p̄mittit eius natiuitas, cū dicit: Paruulus enim na-
tus &c. qui verè fuit paruulus in humanitate. Et loquitur hīc
prophetа de futuro p modū p̄teriti, ꝓpter certitudinē ꝓphetiæ.
Et subdit eius magnitudo in deitate. a ¶Et fi. scilicet naturā-
lis ipsius dei patris, & p consequens sibi ęqualis. b ¶Datus est
no. sc̄m qd̄ dicit Ioh. iij. b. Sic deus dilexit mundum, vt filium
suum vnigenitum daret, &c. c ¶Et factus est principatus
super humerum

a ¶Saluandis. b ¶Dei. c ¶A deo sola gratia.
¶Quamuis sit deus.

est nobis, & filius datus est nobis. a b

a ¶Crux per quam exaltauit illum deus, & donauit illi nomen quod est super omne, nomen.

Et factus est principatus super hu c

a ¶Præter præmissa nomina his sex nominibus appellabitur.

merū eius, † & uocabitur nomen d

a ¶Quia deus & homo quod inaudirō. b ¶LXX. magni consilij angelus. c ¶Creator omnium.

eius admirabilis, cōsiliarius, deus e f

a ¶Cui resistere nemo potest. b ¶Quia sine fine benuolus.

fortis, pater † futuri seculi, prin g h

a ¶Qui fecit vtraq; vnum. ¶Qui reconciliauit nos deo & angelis. b ¶In fidelibus. ¶Per prædicationem apostolorum & successorum.

ceps pacis. Multiplicabitur eius i

a ¶Posula a me, & dabo tibi gentes. b ¶Sanctorum licet aliquando tribulentur. ¶Eius.

imperium, & pacis non erit finis. k

a ¶Quod in captiuitate Babylonia fuerat dissipatum. b ¶Iudæos, vel potius in humilibus, sicut fuit Dauid.

Super solium Dauid, & super re l

a ¶Ecclesiam quæ significatur per regnum Dauid.

gnum eius sedebit, ut cōfirmet il m

a ¶Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.

lud, & corroboret in iudicio & iu n

a ¶Incarnationis tempore. b ¶In secula seculorum.

stitia amodo & usq; in sempiter o

a ¶Charitas, non hominum merita. b ¶Quem ad æmulationem prouocauerunt ni hīc qui nō erāt dij.

num. Zelus domini exercituum p

a ¶Mitet filium saluare mundum. b ¶Propheta reuertitur ad euertionem Ephraim & Rasin.

c faciet hoc. Verbū misit Dominus q

super humerum eius. Crucem sibi baiulādo, vt dicit Ioh. xix. C
per quā potestates aēreas debellauit, & regnū suū potenter in-
trauit, Luc. vlt. d. Oportuit pari Christū, & ita intrare in gloriā
suam. d ¶Et uocabitur nomen eius admirabilis. Miracu-
la faciendo. e ¶Consiliarius. Consilia euangelica præceptis
decalogi superaddendo. f ¶Deus for
tis. Infernum spoliando. g ¶Pater
futuri seculi. Electos ad ciuitatem cæ-
lestem admittendo. h ¶Princeps pa
cis. Scilicet internæ, quantùm ad con-
scientiam, & supernæ quantùm ad cæle-
stem gloriam, propter quod in eius nati
uitate angeli cantauerūt: Gloria in altis-
simis deo, & in terra pax hominibus bo-
næ voluntatis, Luc. ij. b. i ¶Multipli-
cabitur eius imperium. Vnde dixit
Matth. vlti. d. Data est mihi omnis pote
stas in cælo & in terra. k ¶Et pacis nō
erit finis. scilicet pacis cælestis ab eo da
tæ, quæ est æterna. Et ex hoc pater, qd̄
hæc litera nō potest intelligi de Ezechia
rege Iuda, quia pax parum durabit sub
eo, scilicet per. xv. annos vel circiter, qa
Manasses filius eiꝰ fuit pessimus in prin-
cipio regni sui, ꝓpter quod turbata fuit
pax regni, & ipse fuit in captiuitatem du
ctus, vt habetur. ij. Paralip. xxxiij. Scien-
dum autem, quòd vbi dicitur hīc: Mul-
tiplicabitur eius imperium, &c. In He-
bræo habetur: לְמַרְבֵּה Lemarbeh qd̄
significat, ad multuplicandum. & ponī-
tur ibi litera מ Mem clausa in medio di
ctionis contra naturam suam, quia sem-
per ponitur in fine dictionis, & nunq̄ in
medio nec in principio. & hoc ad deno-
tandum, quòd Christus de quo scriptu-
ra hīc loquitur, natus fuit cōtra cursum D
naturæ de virgine clausa. l ¶Super so
lium Dauid & super regnum eius.
Videlicet cæleste figuratum per solium
Dauid. Vel, Super solium Dauid. id
est super ecclesiam militantē, per regnū
Dauid figuratam. m ¶Vt confirmet illud & corroboret.
Ex hoc pater, quòd non est hīc sermo de regno Dauid, nec de re
gno Ezechiæ ad literam, quia illud regnum nō fuit confirma-
tum. n ¶In iudicio & iustitia amodo & usq; in sempi-
ternum. Sed ecclesia sic est à Christo confirmata, non solùm
triumphans, sed etiam militans. propter quod dicit Christus,
Mat. vlti. d. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad
finem seculi. o ¶Zelus domini exercituum faciet hoc.
Zelus est amor singularis. Ex amore autem singulari ipsius dei
ad genus humanum impletum est Christi mysterium. propter
quod dicitur ad Heb. ij. d. Nusquam angelus apprehendit, sed
semen Abrahæ. p ¶Verbum misit dominus. Descripta Diuisio
Christi exaltatione, hīc consequenter ponitur liberatio regni
Iudæ à regibus Israel & Syriæ ipsum persequentibus & destruē
re volentibus, vt suprà dictum est ca. vij. Et remouet hīc pro-
pheta tria, in quibꝰ cōfidebāt illi reges. s. primò eorū adinuicem
confœderationē. & secūdò psonarū reputationē, ibi: Et dispar-
det. tertiò ppli multiplicationē, ibi: Succēsa est. Circa primū dī:
Verbum misit domi. &c. Per hoc verbū intelligit prophetia
Isaiæ cōtra regnū Isrl, & qa Iacob vocatus fuit Isrl. Ideo subdit:

☞ Et cecidit

*d ¶Et uocabitur nomen eius admirabilis. Facit enim Moraliter
mirabilia in bonis religiosis, eos de terrenis cælestes faciendo.
e ¶Consiliarius. Eos da consiliorum obseruantiam induc-
cendo. f ¶Deus fortis. Patientiam in aduersis præbendo.
g ¶Pater futuri seculi. Filijs charissimis bona futuri secu-
li reseruando. h ¶Princeps pacis. scilicet triplicis, quia
dat pacem conscientiæ internam, & cum proximo pacem frater
nam, & finaliter pacem glorię supernam. i ¶Multiplicabitur
eius impe. scilicet in multiplicatione sanctorum. o ¶Zelus
domi. exer. faciet hoc. id est eius charitas ad genus humanum.
p ¶Verbū misit dō. Residuum huius capitis exponitur ad lite
ram de deiectione regni Israel, p quā ecclīæ deiectio à statu vꝰtu
tis mysticè designat, cùm dicit: Verbū misit domi. in Iacob.
Id est cōtra Iacob, q supplantās interpretatur, ideo p Iacob prin
cipes & prælati superbi qui cōculcant ūbi subditos significant.

a ¶Lateres ceciderunt. Dicebant superius: Ascendam⁹ ad Iudam, & suscitem⁹ eū, &c. Nunc despectiuè de Iuda & Beniamin. Lateres ce. Reges Iudę, infirmi scilicet imbecilles in manus hostiū. Sed cū subiugati fuerint nobis, quadris lapidibus ædificabimus, ex fortibus & bellicosis principibus populū muniem⁹. b ¶Cedros. id est inuincibiles ex nobis principes p̄ficiem⁹ eis. c ¶Syriā ab orien. Vox pphetæ. Hoc est qđ suprà dixit, sciet oīs Ephraim, qđ.s. adducet dñs Syriā ab oriente, q̄ aũ amica, & Philisthijm ab occidēte. Qđ factū est, qñ Sennacherib cepit Syros & Philisthæos, & cum illis irruit in.x.tribus. d ¶Et disperdet &c. Tropologicè. Auferet dominus caput & caudam. Maiorem. s. & minorem. Caudam dicendo, hæreticos, non homines, sed iumēta demōstrat, q̄ hoc mēbro tegūt stercora, & arcēt altera parua animalia. Incuruātē & deprauātē, qa verba legis vel præcepta subuertunt, & rectam deprauāt viā. Lōgæuū quoq; q caput est & pseudo pphetā. i. caudā dispdet, magistros pariter & discipulos, & qui propter munera laudāt, & qui laudati nō agūt pœnitentiā. Ideo in iuuenibus non lætatur dñs. quia, Væ ciuitati, cui⁹ rex iuuenis est, & qui deū patrē vel spōsum verū perdiderunt miseri, cordiam nō impetrabūt. Omnis ỹ hęreticus hypocrita est, & qeqd loquitur, stultitia est. Iā extendit dñs manū suā ad puniendum, & spinas impietatis eorū flāma vorax consumet, & verba absque virtutibus (quę infructuoso saltui cōparantur) fumo ☞supbię inuol

Tropo.

† simul cō gregabit Eccle. 10. c.

Hæreticus hypocrita

F *Nicolaus de Lyra.*

a ¶Et cecidit in Israel. tanq̄ pōdus destruens illud regnum. b ¶Et sciet. per experiētiam suæ deiectionis. c ¶Oīs po. Ephraim. i. regni Israel, qui sic noīatur, eò q̄ primus rex Ieroboam fuit de tribu Ephraim. d ¶Et habitantes Sama. quæ erat metropolis in illo regno quā cepit Salmanasar, & populū captiuauit. iiij. Regum. xvij. b. e ¶In superbia &c. antequā per Salmanasar caperentur. f ¶Lateres cecide. per lateres hīc intelliguntur reges Israel, sub quibus regnum fuerat attritū, videlicet tpe Ioachaz & antè, sec'm qđ dicit. iiij. Regum. xiij. a. Attriuerat eos rex Syrię, & hoc p̄dixerat Eliseus. iij. Regum viij. d. dicens Asaheli: Scio quæ facturus sis filijs Israel mala: ciuitates eorum munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides. g ¶Sed quadris lapidib⁹. id est reges fortiores habebim⁹, sicut murus de lapidibus quadris fortior est quā lateritius. Quòd dicebāt de Phacee & filio ei⁹, quem intendebāt facere regē in regno Iuda, vt dictū est suprà. vij. ca. Et idē significat quod subditur: h ¶Sycomoros succi. id est reges parui valoris transierunt. i ¶Sed cedros immu. id est altiores & potentiores statuemus. Intendebant enim sibi subiugare regnum Iuda, vt dictū est suprà. Et quia talia p̄sumebāt ex confidentia Rasin regis Syrię, qui erat eis cōfœderatus, ideo hanc confidentiam remouet propheta dicens: k ¶Et eleuabit dominus. scilicet Assyrios qui interfecerunt eū, vt hī iiij. Regum. xvj. l ¶Et ini. eius &c. hoc est in plū cōtra eū qđ cōmittit cū clamore & tumultu. Et qa capta Syria rex Assyriorum adduxit inde bellatores contra regnū Israel, iō subdit: m ¶Syriā ab ori. sup-

ple faci-

a ¶Iudam vel in omnes tribus. ¶Frustratum.
b ¶Alias decem tribus. c ¶Ideo q̄ Rasin & Syri scilicet, qui erant ei amici, quandoq; contra eos pugnabant, vt in sequentibus ostenditur.

in Iacob, & cecidit in Israēl. Et [a b]

a ¶Decem tribuum, quæ ex multitudine superbiæ erant contra Iudæam.

sciet omnis populus Ephraim, [c]
& habitantes Samariam in su- [d e]

a ¶Quia plures quam Beniamin & Iuda, vel quia coniuncti Rasin & Assyrijs.

perbia & magnitudine cordis,

a ¶Infirmi, fragiles, qui & sycomori.

[a] dicentes: Lateres ceciderunt, [r]

a ¶Fortibus. b ¶Ecclesias nostras.

sed quadris lapidibus ędificā- [g]

a ¶Ficus steriles, infructuosos scilicet & sæuos. b ¶Hostes, Philisthijm, Rasin & Syri.

bimus: sycomoros succidē- [h k]

a ¶Quas conteret dominus. vnde: Vidi impium super exaltatum.

[b] runt, sed cedros † immutabi- [i]

a ¶Propheta contra Assyrios & Rasin. ¶Exaltabit.

mus. Et eleuabit dominus ho- [k]

a ¶Sennacherib. b ¶Secularis sapientię in quo confidebat Ephraim. ¶Assyrios.

stes Rasin super eum, & inimi- [l]

a ¶Belli.

cos eius † in tumultum uertet.

a ¶Quę scilicet debellauit Iudam.

[c] Syriā ab oriēte & Philisthijm [m n]

a ¶More ferarum.

ab occidente, & deuorabunt [o]

a ¶Tamen. ¶Vnde dominus: Sine causa percussi filios vestros: disciplinam non recepistis.

Israēl toto ore. † In omnibus [p]

¶Dei

his non est auersus furor eius, [q]

¶Dei

sed adhuc manus eius extenta, [r]

a ¶Quia.

& populus nō est reuersus ad [s]

a ¶Dominum ¶Qui percutit & ipse medetur.

percutientem se, & dominum

¶Vel ex.

exercituum non inquisierunt.

¶Ideo.

[d] Et disperdet domin⁹ ab Israēl [x]

a ¶Principes. b ¶Populum. c ¶Quod iudum est.

caput & caudam † incuruan- [t]

a ¶Alias refrenantem. ¶Verba legis. b ¶Simul.

tem & deprauātem in die una. [b]

a ¶Princeps.

Longæuus & honorabilis, ipse

est caput: & propheta docens

mendacium, ipse est cauda. Et [u]

a ¶Si cęcus cęcum duxerit, am. in fo. cadunt. b ¶Inlelicem. ¶Infidelem. ¶Populeus qui beatum te dicunt, seducunt te.

[a] erunt qui beatificāt p̄opulum

istum seducentes, & qui beati- [x]

¶Simul. ¶Quia scilicet nō reuertūtur ad dominū.

ficantur, † præcipitati. Propter [b]

a ¶Talis populi.

hoc super adolescentulis eius

b ¶Aliqas delectabitur.

non lætabitur dominus, & pu- [c]

pillorum eius & uiduarū non

miserebitur. Quia omnis hy- [d e]

a ¶Aliud simulans, aliud agens. & præferens castitatem & tacitiens, offerens pauperta-tem marsupium replens.

pocrita est & nequam, & uni-

uersum os locutum est stulti-

¶Ergo.

tiam. In omnibus his non est [f]

auersus furor eius, sed adhuc

a ¶Non cessat ferire.

manus eius extenta, & popu-

lus non est reuersus ad percu-

a ¶Omnes mala eorū consumentur sup ipsos.

tientem se. Succensa est enim [g]

ple faciet dñs venire. Et dicit ab oriēte, qa Syria est in pte orientali respectu regni Isrl. n ¶Et Phili. ab occi. qa terra Philisthinorū existens super mare mediterraneum, est in parte occidētali respectu dicti regni. o ¶Et deuora. id est destruent ipsum toto affectu & conatu. p ¶In oībus his. scilicet pcussionib⁹ regni Isrl. q ¶Nō est ad. fu. ei⁹. scilicet dñi. r ¶Sed adhuc. ad amplius puniendū. s. p Salmanasar regē q postea captiuauit regnū Israel. iiij. Regū. xvij. b. s ¶Et po. scilicet Israel. t ¶Nō ē re. p pœnitētiā & emēdationē. v ¶Ad per. se. s. ad dñm cui⁹ volūtate & pmissione fiebat punitio illa. x ¶Et disper. Hīc cōsequēter ppheta excludit sec'm de quo cōfidebant scilicet personarū reputationē, quia cōfidebant de principib⁹ & militibus prouectis ætate & fort. b⁹ armis. qđ excluditur cū dicit: Et disper. do. Secūdò etiā cōfidebāt in pphetis falsis, qui pter quæstum sequebant principes & milites, falsò eis pspera promittēdo. qđ excludit, cū dicit: y ¶Et caudā. Dicunt aūt pphetę falsi, cauda: qa pter lucrū principib⁹ adhęrebāt, sicut vulgariter adhęrentes alicui principi, dicunt eius cauda, & in ista cauda permendacia sua incuruabat eos à rectitudine iustitiæ, & refrenabat eos à dei reuerentia & timore. z ¶Et erunt qui. scilicet prophetæ falsi, pmittentes eis pspera. a ¶Et qui beati. quia vtrique fuerunt captiuati. b ¶Propter hoc. quia ante ætatē adultā fuerunt partim occisi, & partim captiuati. c ¶Et pu. & multò minus aliorū, qa istis pter debilitatē & ipotētiā eēt magis parcendum. d ¶Quia oīs. s. de pplo Israel. e ¶Hypocrita. per iustitiæ simulationē. qa sec'm qđ dicit Iero. Simulata sanctitas duplex est iniqtas. Et dicit ppheta: Oīs &c. qa licet i pplo illo eēnt alig boni, vt Tobias & sīles ei, tñ erāt ita pauci, q̄ nō computabant, qa illd' qđ modicū est nō reputat, vt habet. ij. Phys. f ¶In oīb⁹ his. exponat vt suprà. g ¶Succensa est. Hīc excludit cōsequēter ☞ a ¶Et ceci. id est cōtra doctores vanos q doctrinā vtilē antiquorū cōtēnūt, & nouitates inutiles ad sui iactātiā añ ponūt. iō subditur: c ¶In superbia &c. Lateres ceci. &c. i. doctores q nos p̄cesserūt respectu nīi rudes fuerūt. sicut lateres respectu lapidū quadrorū, & sycomori respectu cedrorū parū valēt. k ¶Et ele. &c. qui interpretat varietas: & signat q̄rentes opiniones varias & nouas, ad sui ostentationem. m ¶Vertet Syriam. Syrij, interpretātur sublimes, & Philisthijm, cadētes. Et vtraq; interpretatio cōgruit dæmonib⁹, p̄ supbiā sublimes sunt: tñ de cælo empyreo ceciderūt. o ¶Et de. qa dæmones superbi incorporant sibi supbos eccliæ. s ¶Et popu. id est ad deū p pniam, q pmisit talē p cussionem. x ¶Et disper. do. id est à populo Christiano. y ¶Caput & cau. id est malos principes & plātos, & obsequentes eis, & qm̄ ista cauda deprauat eos adulationibus suis & incuruat eos à rectitudine rationis, ideo subditur: Incuruantem & depra. & vtrique erūt p̄cipitati in fossam inferni. b ¶Propter hoc super ado. nam subditi mala superiorū immittant. Gre. in pastio. Cū pastor p̄ abrupta gradit, cōsequens est, vt ad p̄cipitiū grex sequat, iō sequitur: d ¶Quia omnis hy. & subditur obstinatio, cū dicit: f ¶In omnibus hy. Sequit: Non est reuer. propter quod sequitur pœna. g ¶Succensa est enim quasi ignis & cæ. id est igni gehennæ deputata.

Diuisio

† loco eorū plātabimus

† Sup. 5. f. Infrà. 10. 2.

H

Philoso. † ramū & iuncū, i. fortē & imbecillem Moraliter

superbiæ inuoluentur. ad eorum pœnas contremiscet terra,& A
decepti populi æternis tradent ignib⁹ vel ardoribus:qa turpis lucri gratia nec suis parcent,sed certati deceptos prædantur, relinquentes bona,sequêtes mala:& nunquam satiant erroribus,seipsos deuorãt,& contra ecclesiam pariter dimicãt.Propter luxuriã autẽ & voluptatẽ & deceptorũ p̃dã, inter se discordant, & de vna hæresi duas faciunt.

GLO S.ORDI.

Anago. Pro.13.b. † eleuabũt se,sicut eleuat fum⁹

Deu.32.c. † obscurata

Ro.10.b. Luc.17.c.

†Sup.5.f. Infrã.10.a. B

VAE qui cõ.Ana. Cap. X. goge.Omnis hæreticus iniquitatẽ scribit, & decipit pauperes,non diuites,vnde: Redemptio animæ viri ꝓpriæ diuitiæ. Pauper autẽ non sustinet cõminationẽ: humilis verò citò scãdalizat:& vidua,q̃ virũ p̃dit deũ:& pupillus,q patrẽ amisit creatorẽ.vñ: Deũ q te genuit dereli.& oblitus es dñi creatoris tui.Quid ergo facient in die iudicij,cũ tantos deceperint, & calamitatis delõge venietis?Ad iustũ dicitur: Propè est verbũ dei in ore tuo. Et alibi: Regnũ dei intra vos est.Econtra calamitas hæreticorũ delõge venit, multo tpe p̃parata.Ad quẽ cõfugiẽt cũ fictũ habeãt deũ?Cui tradẽt gloriã suam cũ simulata sint oĩa?Nõ poterunt euadere vinculũ, quo plurimos ligauerũt,cũ singulis quoque interfectis cadẽt, & ĩ aliorũ nece per eũt.Et cũ multa patiant diesq̃ visitationis aduenerit,nõ erit finis interitus eorũ, sed semp sibi impendentẽ manũ dei pertimescũt. b ¶Væ Assur.Hucusq̃ contra decẽ & duas tribus,sequẽs, ꝓphetia,cõtra Assyrios scribit.Dicit dñs ad Sẽnacherib & populũ ei⁹.In quo secularis sciẽtia significat.Cõminat dñs Sẽnacherib,licet enim ꝓmiserit ei debellare decẽ trib⁹, nõ tamen voluit vt penitus contereret, sed flagellaret & conculcaret,vt lutum platearũ. Ille autem immodicè elatus, assignauit hoc suis viribus & non deo:& nõ solùm captiuauit ,sed partim deleuit.

☞Ipse autem

Nicolaus de Lyra.

cludit consequẽter tertiũ de quo cõsidebãt.s.populi multitudinẽ,dicẽs: Succ. est enĩ.i.impietas populi Israel ꝓuocauit irã dei contra se quasi ignẽ ardentem. a ¶Vepres.i.populũ oẽm. b ¶Et sus. in dẽ.sal.q.d.dẽsitas multitudinis eis nõ valebit. c ¶Et cõ.i.maiores de populo in sumo supbię laborãtes simul punitur cũ populo.Et qa nõ solũ imminebat eis malum ab aduersarijs extrinsecis,sed etiã ex dissensionib⁹ intrinsecis,q̃ sunt magis periculosæ.Ideo subdit: d ¶In ira do.e.cõ.est ter.in se ipsa. e ¶Et erit po.i.materia diuinæ vltionis. f ¶Vir fra.suo.ꝓpter intrinsecã dissensionem. g¶Et de.In hoc comminat eis ꝓpheta malũ famis,qd̃ aliq̃n magis nocet quã gladi⁹, vt dicit Vegeti⁹ libro de re militari. h ¶Vnus.i.illũ de quo pri⁹ cõfidebat,sicut de brachio:& hoc ꝓpter dissensionẽ intrinsecã,iõ subdit: i ¶Manas. Eph.Isti em̃ duę trib⁹ descẽderũt de duobus filijs Ioseph.Cętera parent ex dictis. ¶In ca.ix.vbi dicit in postil.Itẽ hoc idẽ patet per translationẽ Chaldaicam.

Vegetius

†nisi cùm incuruabit sub vinculo,& cadetis inter occisos?

†23.q.5.c. finali.

ADDI. Ra. Mo. AEgyptius in quadam sua epistola in qua tractat de Messia,dicit q̃ sex nomina q̃ hîc ponunt.s.admirabilis,cõsiliari⁹ &c. sunt nomina pueri nati. Idem tenet Ra. Abẽhazra in sua expositiõe, licet postea extortè

extortè referant significata horum nominum ad Ezechiam. C

REPLICA. Circa principium. ix. capitis, vel secundũ aliquas Biblias circa finẽ. viij. capitis, circa illũ passum:Primo tẽpore alleuiata est terra Zabulon. Bur. fortasis pœnitẽtia ductus:vel in defensionem Iudaismorum ac tẽdiatus,cõmendat p̃ter(imò cõtra suũ morẽ)expositionẽ postil.& ad eũ dirigit,nõ obstante q̃ postil.in ea parte sanctum Tho.satis reprehendit.

NIC.DE LYRA.

VAE qui cõ.Hîc Cap. X. cõsequenter ꝓpheta concludit ex p̃dictis conclusionem s.populi Israel exterminationem,ꝓpter qd̃ ista litera in aliquib⁹ Biblijs antiqs est de cap.ix.In qua ꝓpheta primò rememorat principũ Israel malitiam,dicẽs: k ¶Væ qui cõ.Eas instituendo. l ¶Et scri.Eas in posterum cõfirmãdo:& hoc ad depressionẽ subiectorũ,qd̃ est propriũ tyrannorum, ideo subdit: m ¶Vt op.Et patet litera vsque ibi: n ¶Quid fa. vbi denuntiat pœnã debitã. o ¶In die ui. qua dominus visitauit peccata vestra, ea per Assyrios puniendo.iõ subdit: p ¶Et cala.delò.Quia exercitus Assyriorum venit delonge contra regnum Israel. q ¶Ad cuius cõfu. Ad euadendum Assyriorum gladium. r ¶Et ubi derelin. per modũ custodiæ & depositi seu saluationis. s ¶Neĩcur.sub uinculo.Ducti in captiuitatem vinculis alligati. t ¶Et cum inter.cada. Quia populus Israel ab Assyrijs partim captiuatus fuit,& partim occisus.Et dicit ꝓpheta:Ad cui⁹ confu. auxi.q.d. nullus poterit vos liberare ab istis malis,qa deus sic decreuit. v ¶Sup omni.his. s.dei contra vos. x ¶Sed adhuc ma. Ad vltiorẽ punitionẽ, quia decẽ tribus in captiuitatẽ ductæ,ibi fuerunt in magna afflictione,nec inde postea redierũt ad terrã suã,vt dicunt Iudæi. y ¶Væ Assur.Ibi secundũ aliquos incipit cap. x.In quo ꝓpheta incipit describere punitionẽ extraneorũ.Et primò Assyriorũ,qui captiuauerũt regnũ Israel.Sed̃ò Babyloniorũ,qui captiuauerũt regnũ Iuda.xiij.ca Tertiò,aliorũ de afflictione Iudæorũ gaudentium,xiiij.ca.ibi:In anno quo.Prima in duas:quia primò propheta describit Assyriorũ exterminiũ. secũdò reuertit ad describendũ Christi mysterium,qd̃ erat suum principale intentũ,ca.sequẽ.Prima in duas:quia primò describit Assyriorũ punitionẽ.secũdò,populi Iudæ consortionẽ,ibi:Propter hoc dicit dñs.Prima adhuc i duas: quia primò describit Assyriorũ culpa. & secundò pœna,ibi:Propter hoc mitter.Circa primũ sciendũ,q culpa Assyriorũ fuit in hoc,q potestate sibi à deo cõcessa ad puniẽdũ populũ Isrl & etiã aliorũ peccata, abusi fuerũt dupliciter. Vno mõ attribuẽdo victorias illas ỹ tuti sueę,& nõ diuiẽ.Sed̃ò,qa illa potestate

Diuisio

†3.q.3.c. aliorum.

vtebantur

Moraliter. k ¶Væ qui cõ.le.Literalis sensus est simpliciter moralis vsq; ibi: y ¶Væ Assur.vbi sed̃m literalẽ sensum incipit ꝓpheta describere culpã & pœnam regis Assur ,per quem Antichristus mystice signatur. nam Assur tollens robustum interpretatur: Antichristus verò robur auferet principum aliorum,ideo subditur: z ¶Baculus &c.Ad percutiendum alios potentes.

Moraliter †Sup.5.f. &.9.d.

* Ipse autem

a ¶Alias reprem. ¶Non agrum cultum.

quasi ignis impietas:uẽpres & spi[a]

a ¶Non infructuosis arboribus. ¶Vbi habitabunt bestię.

nam uorabit,& succẽdetur in dẽn [b]

a ¶Igne suppositio.

sitate saltus,& †conuoluetur in su[c]

a ¶Altitudine. ¶Omne enim quod in sublime consurgit,superbum potest dici. ¶Quia

pẽrbia fumi.In ira domini exerci[d]

¶Timore. a ¶Obsessus a Romanis.

tuũ †cõturbata est terra,& erit põ[e]

b ¶Materialis vel infernalis.¶Quia.

pul⁹ quasi escã ignis. Vir fratri suo [f]

a ¶Iustitiam.

non parcet,& declinabit ad dextẽ [g]

a ¶In iustitiam. b ¶Delectabitur malitia,& non fatu. ¶Quia semper cupit mala.

ram & esuriẽt:& cõmedet ad sinistram,& non saturabitur. Vnus [h]

a ¶In proximos sęuiet. ¶Scilicet. ¶Qui de vno vtero nati & eodem parente.

quisque carnem brachij sui uõrabit Manasses Ephraim,& Ephra[i]

a ¶Simul. ¶Quamuis inter se discordes,tamen concordes contra Iudam.

b ¶Pugnabunt.

im Mãnassen,& ipsi cõtra Iudã.

†In omnib⁹ his non est auersus fu[k]

a ¶Vitia consumens. b ¶Ad percutiendum,sicut illi ad peccandum.

ror ei⁹,sed adhuc manus ei⁹ extẽtã. [l]

Cap. X.

a [m]

¶Propheta contra scribas & Pharisęos qui traditiones suas præponũt legi dei. ¶Comminatio contra duas tribus.

VÆ qui condunt [k]

leges iniquas:& [l]

a ¶Traditiones.Vnde:Donum quodcunque ex me tibi proderis,cum dominus dixit:Honora pa.t.& ma.

scribentes iniũstitiam scripserunt,

a ¶Iniusto.

ut opprimerent in iudicio paupes [m]

a ¶Peruertendo.

res:& uim facerent causę humili[n]

a ¶Quę non habent defensorem.

um populi mei,ut essent uidũę prę

da eorum ,& pupillos diriperent.

a ¶Condolendo. ¶Et quia tales estis vos scribę & Pharisęi. b ¶Vltionis.

Quid facietis in die uisitationis & [o]

a ¶A Senacherib,vel a Romanis,vel iudicij ętemi longe ante prędicti. [p]

calamitatis dẽlonge uenietis? †Ad [q]

a ¶Qui deum offendit. b ¶Q. Nihil proficient vobis diuitię.

cuius cõfugietis auxilium,& ubi [r]

derelinquetis gloriam uestram,

a ¶Ut ad eius confugiatis auxilium. b ¶Captivitatis hostium.

† nẽ incuruemini sub uinculo ,& [s]

a ¶Pro.

cum interfectis cadatis . † Sũper [v]

a ¶Sicut supra dictum est contra Samariam.

ômnibus his non est auersus furor [x]

a ¶Etiam in hostili terra punit eos.

eius,sed ãdhuc manus eius exten[x]

a ¶Perditio imminet. b ¶Id est Assyrio.

c ¶Quia in ea corrigo.

ta.† Vę Assur: Virgã furoris [y]

a ¶Per quem flagellio.

mei,& bãculus ipse est.In manu [z]

☞ a ¶Ipse au. Sic philosophi, sic hæretici, E sic persecutores Christiani noīs: eū deus
†eorum aliquos eis verberādos p̄mittit, in oēs sęuiūt, nec verberare, sed occidere cupiūt: & paucis superatis, in omnes audaciā sumūt. b ¶Nū. nō prin. meī si. Ordo. Reges sunt mei principes, i. mihi seruientes. Multos enim reges secum adduxit, quos subiugauerat. c ¶Dama. Damascus est metropolis in Syria: hanc condidit Eliezer seruus Abrahæ, in hac regnauit Rasin. d ¶Quo. inue. ma. Vox Sēnacherib admirātis potentiā suam. Plenè dicta compleuit. Omnes enim ciuitates decē tribuū, & Iuda & Beniamin præter Ierusalē depręd atus est: & ipsius partē iseriorē, quā tradidit ei Sobna scriba. e ¶Cū im. do. Subuersiones, s. vrbis, etiā obsidionem qñ venit Rabsaces, & fecit ea quæ in sequētibus cōmemorātur. f ¶Visi. su. fru. Tropologicè. Cùm Sa-
Tropolo. maria & Ierusalē irā dāi sustinuerint, & se in idolorum fabricatione errasse senserint: tunc destruet sensus magnus Assyriorum, qui in tātā contra dūm inflat superbiā, vt sapientiæ suę estimet cuncta eessura. Et quāuis sint excelsa dogmata, & dialectica arte munita, cōcutienda tñ & penitus destruēda, vt (tanquā pulli) non valeāt in sublime cōsurgere, & necdū animata insensibilia esse atq; torpētia, qđ in ouis significat: nec mutire quidē, nec mouere linguā cōtra sui sermonis fortitudi nē audeant. g ¶Gāni. Gānire est vul-
†velut gar- piū, †vel vt alij, auiū. h ¶Nun. gl. se-
rire auium cō. Quasi: Sicut hæc inanimata tantùm sunt instrumēta nihil faciētia per se, sed p
F eū qui mouet ea, sic nec Sennacherib per se, sed per dei virtutē operatus est: vnde & gloriatio eius stulta & vltione digna. Nū. gl. Diabolus, securis, serra, & virga dicitur: quia per illū infructuosæ arbores succidūtur, diuiduntur, & serrant incredulorum duritia: & percutiuntur virga qui nō recipiūt disciplinā. Hæretici quoq; sensum quem à deo accipiunt,
☞ peruertūt, &

Nicolaus de Lyra.

c✝ vtebant̄ cū nimia crudelitate. Primò ergo describitur causa dictæ potestatis à deo, in cuius pſona dicit: Væ Assur. qa instrumentū fuit dei ad puniendū illos q per peccata sua enormia, puocauerāt irā dei. a ¶Ad gē. fal. i. ad populum Israel, vbi erāt falsi, pphetę decipiētes pricipes, & principes defraudabāt inferiores p̄ iniquas leges, vt p̄dictū est. b ¶Mit. eū. vt puniat eū spoliādo bonis & annihilādo. Ideo subdit: c ¶Et po. il. qđ' sine re
†substan- sistentia conculcat. Cōsequēter tangitur
tiam abus' huiꝰ potestatis, cū dicit: d ¶Ipse au. non sic ar. q̄ sua victoria sit virtute mea. e ¶Sed ad cō. e. cor. e. Abutēdo sibi cōcessa potestate ex nimia crudelitate. Et sc'd'ò hoc attribuēdo potestāti suę. Ideo subdit: f ¶Di. enī. corde & ore iactando. g ¶Nū. nō prī. i. æquales regibus, vel maiores. vū dixit Rabsaces Ezechiæ regi. iij. Reg. xviij. c. Quomodo po
†. 21. dis. c. testus resistere ante vnū satrapā de seruis
inferior. domini mei minimis? h ¶Nū. nō ut
23. q. 5. c. Ca. Nomina sunt quitatū regaliū quas
remittunt ceperat rex Assyriorū, i ¶Quo. inue.
peccata. ma. mea. Ea mihi subijciendo. k ¶Sic
& simu.

a ✝Complebitur. b ✝Quæ iuxta me & idola claudicauit quæ se fabricata mea præcepta mentita est.

†eius indignātio mea, ad gentem [a] fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, [b]

a ✝Decem tribuum.

ut auferat spōlia, & †diripiat præ-

a ✝Non intericiat sic populum meum.

dam: & pōnat illum in conculcatio [c]

a ✝Assur. ✝Quasi: Modum iræ meæ excessit, & etiam in gentes plurimas furorem extendit.

[a] nem quasi lutum platearum. Ipse [d] autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita æstimabit: sed ad con- [e] terendum erit cor eius, & ad internecionem gentium non paucarum.

✝Sennacherib.

[b] Dicet enim: Nunquid non princi- [f]

a ✝Seruis mihi.

pes mei simul reges sunt? Nūnquid [h] non ut Carchamis sic Calano: & ut

✝Ciuitates gentium quas subegerat.

✝Cepi.

Arphad, sic Emath? Nunquid non

a ✝Seruit mihi. b ✝Admiratiue legendum est.

[c/d] ut Dāmascus, sic Samaria? Quō [i]

a ✝Potentia.

modo inuenit mānus mea regna

a ✝Scilicet sicut regina idoli. b ✝Subiugabo.

idoli, sic [a]ēt simulācra eorum de Ie- [k]

a ✝Id est sicut cepi Samariam cum idolis suis, sic Ierusalem capiam, quæ eosdem venerantur deos.

rusalem & de Samaria. Nūnquid [l] non sicut feci Samariæ & idolis eius,

a ✝Hoc non permisit dominus propter Ezechiam.

sic faciām Ierusalem & simulacris [m]

✝Hoc dicit Isaias. ✝Per Sennacherib.

[c] eius? Et erit cùm impleuerit domi- [n/o]

✝Quę dispensauit.

nus cuncta opera sua in monte Sion

a ✝Hæc dicit dominus. ✝Vindicabo. b ✝LXX. sensum vel mensem magnam. ✝Opera.

[f] & in Ierusalem. Visitābo super frū- [p]

a ✝Superbi. b ✝Qui inuantum superbit.

ctum māgnifici cordis regis Assur, [q/r]

a ✝Superbus est in oculis suis.

& super gloriām altitudinis ocu- [s]

lorum eius. Dixit enim: In fortitu- [t/v]

✝Non dei.

dine manus meæ feci, & in sapien- [y]

a ✝Multa regna deuicit, eorum terminos abstulit, & sub potestate sua omnia concluſit.

tia mea intellexi, & āb̄stuli termi- [z]

nos populorum, & †principes eo- [a]

rum depręd atus sum, & detraxi

✝Solio.

quasi potens in sublimi residentes. [b]

a ✝Impotentes se fuerit. ✝Imbellem. b ✝Potentia.

Et inuenit quasi nidum mānus mea [c]

†fortitudinem populorum, & sicut [d]

a ✝Metaphoram prosequitur. b ✝Nidi. ✝Alias, vuas, sed falso. c ✝A matre.

cōlliguntur oua quę derēlicta sunt,

a ✝Deficientibus regibus. ✝Habitatores.

sic uniuersam terram ego congre- [e]

gaui, & non fuit qui moueret pen- [f]

a ✝Manum contra me. b ✝Quasi: Nec fiere audent nec gemere.

✝Mutiret.

[g] nam, & aperiret os & ganniret. [g/h]

✝Sed.

[h] †Nunquid gloriabitur securis con- [i]

tra eum qui secat in ea? Aut ex

& simu. eo. de Ie. Nā in Ierusalē rēpo- G
re Ezechiæ non erāt simulacra secundū veritatē, quia Ezechias ea abstulerat: sed tātùm secundū reputationē regis Assur: quia idē reputabat cultū q fiebat in templo domini, & cultū idolorū in alijs terris. l ¶Nū. nō sicut fe. Sa. Quia iam
†diuidat eam destruxerat, & inde simulacra aurea abstulerat. m ¶Sic fa. Ieru. quā proponebat destruere & templū domini: sed quia frustratus fuit ab intento, vt habet iij. Regum. xix. Ideo subdit prophera: n ¶Et erit. scilicet aliter quàm cogiter. o ¶Cum impleuerit dominus cuncta opera sua in monte Sion. Affligendo eam propter aliqua peccata. p ¶Visi. super fructum. i. opera mala. q ¶Magni. cor. i. supbi. r ¶Regis Assur. Puniendo eum de malitia sua. Et mutat hīc propheta modum loquendi de pſona propria ad dominū, qđ' frequenter fit in prophetis, qui à deo inspirati loquebātur. Et ideo locuno. p-
phetarum est locutio diuina, sicut ope- Locutio p
ratio instrumenti, est etiam operatio ar- phetarum
tificis. s ¶Et sup. glori. alti. Hoc dicit quia superbia citius & magis apparet in oculis, quàm in alijs partibus corporis. t ¶Dixit enim. Ex superbia cordis. v ¶In fortitud. ma. meæ. Et non diuinæ. x ¶Feci. scilicet victorias prædictas. y ¶Et in sapientia mea intellexi. qualiter talia essent agenda. z ¶Et abstuli terminos. Adiungendo regno meo. a ¶Et detraxi quasi potens. Id est propria potētia captiuaui. b ¶In sublimi residētes. Id est in solio regali. c ¶Et inuenit & cæ. Id est ita faciliter eos debellaui, sicut pulli existentes in nido capiuntur. d ¶Et sicut colliguntur oua &c. scilicet à matre fouente, q̄ H
colliguntur absque difficultate. e ¶Sic uniuersam terram & cæ. Id est habitatores & diuitias vniuersæ terræ. f ¶Et non fuit qui moueret pennam. Id est manum contra me. Prosequitur metaphoram suam de auiculis inuentis in nido. g ¶Et aperiret os. Ad contradicendum. h ¶Et ganniret. Id est cōqueri audiret. Consequenter arguitur eius superbia, cùm dicitur: i ¶Nunquid gloriabitur securis cōtra eum qui secat in ea & cæte. Attribuendo sibi sectionem, & non artifici mouenti eam: quasi diceret, sic est in proposito. rex enim Assur attribuebat sibi victo-
✝selecta eo- c✝rias diuina rum. i. thesauros & alia quę sibi reposuerāt.

* d ¶Ipse autem non sic arbi- trabitur. scilicet quòd sit ex permissione diuina, sed sibi imputabit ex sua superbia. h ¶Nunquid non ut Carchamis sic Cala. & ut Arph. sic &cæte. Per hoc signantur reges & regna, quos sibi subijciet Antichristus. n ¶Et erit cum compleuerit dominus cuncta opera sua &cæte. scilicet punitionem malorum per Antichristum, sicut per flagellum suum. p ¶Visitabo super fructum magni cordis regis Assur &cætera. Id est puniam superbiam Antichristi victorias attribuentis suæ potestati. Ideo subditur: i ¶Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea &cæte. Quasi diceret: Non.

*Propter hoc

peruertunt, & loquuntur contra deum à quo conditi sunt: & A linguæ ministerium quo dominus laudandus est in blasphemiam conuertunt. a ¶ Et subtus gloria. Dicit Hiero. secundū Hebræos corpora intersectorum cœlesti igne exusta, & in puluerem redacta, vestimenta illæsa: & venientes Iudęi vestium summitate arrepta puluerem excutiebāt. Iero. Quidam volunt hunc regem significare cōtrariam fortitudinem, & eū esse Assyriorum principem, sicut legit: Princeps Persarum & Mœdorum & Græcorum. Et eum Dañ.10.c. volūt propter superbiam sensum magnū Mat.25.d. vocari, & iudicio gehēnæ tradi, quę prępparata est diabolo & angelis eius. Lumen autem Israel & sanctū.i. ipsum dominum succendere vepres & spinas & omnē Assyrij potentiam, & innumerabiles populos ad nihilum deducendos: tunc eum timore perterritum quasi colubrum tortuosum & fugitiuum imminentes pœnas velle vitare. Qui autē de saltu & de confusione eius ignisq; perituris potuerunt euadere, eos dignos esse qui numerent & scribantur à Isa.9.b. puero, cuius principatus super humerum eius. b ¶ Et erit lumen. Dicūt Hebrei, Dañ.12.a. ꝙ Michael archangelus fuerit, cui cōmissa est custodia illius gentis, sicut Daniel dicit. c ¶ Et gloria sal. Carmelus mons magnus, fœcundus arboribus. Quasi exercit⁹ innumerus (sicut ligna syluarum) & corpore & anima peribit. d ¶ Ad carnem. Hæretici quoq; cùm ecclesiastica doctrina illuxerit, & eorum decipula patuerit, ad cā tam venient solitudinem, vt de saltu & in †agri culti fructuosis arboribus, & innumerabili multitudine, vix pauci resideant, qui eorum se quanē errorem. e ¶ Et erit in die illa. Cū Phacee & Rasin vellent venire, & duas tribus captiuare, misit Achaz ad regē AE- 4.Re.16.b. gypti, dicens: Seruus tuus sum, veni & au- †dissolu⁹ vt vexilli fer ter iugum Phacee & Rasin de collo meo. Ille autem non liberauit eos, sed dominus B propter Dauid seruum suum, quo mortuo, Ezechias filius eius regnauit pro eo, & omnia simulacra quæ impius Achaz vbicunque posuerat, confregit, & populum quem ille ad ritus gētium peruerterat, ad deum reuocauit. Quod audiens Sennacherib, iratus est valde. Cūq; iam Syros & Philisthæos haberet, & decem tribus captiuasset, cum innumerabili multitudine Ierusalem aggressus est. Alias enim ciuitates Iudææ iam antè vastauerat. Inde dicitur duabus tribubus, vt non confidant in Assyrijs & AEgyptijs, qui sæpe eos percutiebant, sed in deo suo spē ponant. f ¶ Reli. cō. Ioſephus li.10.c.2. Sed'm Ioſephum innumerabili Iudæorū multitudine occisa, intelligimus paucos in apłis & apostolicis viris esse saluaros.

¶ Consummatio

Nicolaus de Lyra.

Syrias diuina virtute fractas, cùm tamen ipse non esset nisi solum instrumētum dei, vt suprà dictum est. a ¶ Propter hoc. Præmissa Assyriorum culpa, hīc cōsequēter denuntiatur pœna, cùm dicitur: Propter hoc. id est propter superbiam prædictam & gloriationem falsam. b ¶ Mitdo. i. angelorū: & per consequens nullus pōt ei resistere, cū etiā angeli sibi seruiant. c ¶ In pīn. e. i. in prīcipib⁹ suis & bellatoribus robustis. d ¶ Tenui. i. defectū roboris p angelū suū, qvna nocte interfecit ī castris Assyriorū. clxxxv. milia bellatorū, vt habet. iiij. Reg. xix. g. e ¶ Et su. gl. e. i. sub armis & vestibus. f ¶ Suc. ardebit. quia eorum corpora sic cōbusta fuerunt, ꝙ in cineres fuerunt redacta, intractis armis & vestibus secundum aliquos, vt dictum est suprà ca. vij. a. g ¶ Et erit lu. Isr. i. angelus custodię illius populi deputatus, qui dicit fuisse Michael, Dañ. xij. a. h ¶ In igne. id est in percussione Assyriorum per ignem modo dicto. i ¶ Et sanctus eius. id est C idem angelus. k ¶ In flamma. id est per flammam eos interficiet. l ¶ Et succendetur & deuo. spina eius. id est maiores sui exercitus. m ¶ Et ue. id est minores. n ¶ In die una. id est simul. Illa enim percussio fuit de nocte: quia tamē est pars diei naturalis, dicit hīc: In die una. o ¶ Et gl. sal. e. i. principes sui exercitus. p ¶ Et Car. e. i. acies bellatorū. q ¶ Ab anima ad car. cō. quia animæ eorū descendebant ad ignē gehēnæ, & carnes fuerunt incineratæ. Quia tamen vestes remanserunt intactæ. ideo dicitur hīc: r ¶ Vsq; ad car. s. inclusiuè, quia cōbustio illa non processit vsq; ad vestes & arma. s ¶ Et erit ter. p fu. quia Sennacherib vidēs in mane plagā illam, territus fugit ad terrā suam cū paucis. Ideo subditur: t ¶ Et re. id est reliqui de suo exercitu, qui non fuerunt percussi. v ¶ Præ pau. nu. citò & de facili. Iō subditur: x ¶ Et puer scribe. eos. i. scribere poterit: quia potest facere vnum modicū simplicē tractū, cuius figuræ est litera Iod apud Hebræos, quæ in numeris significat decem apud eos, & tot euaserunt cum Sennacherib. y ¶ Et erit ī die illa. in tēpore illo Sennacherib fugato. z ¶ Non adij. Id est illi qui euaserant manū Salmanasar, quādo cepit Samariam, & regem Israel, & non audebant intrare regnum Iuda propter inimicitias quæ fuerant inter regnum Israel & Iuda. Sed post recessum Sennacherib Ezechias assecuravit eos per epistolas: & sic venerunt in Ierusalem in deo confidentes propter percussionem prædictam. ¶ Vel aliter & melius, vt credo, exponi hoc de regno Iudæ, quantùm ad ciuitates alias à Ierusalē, vnde habitatores fugerāt timore Sennacherib: & plures eorum non fuerant ausi venire in Ierusalem, vel non poterant, & sic alibi latebant: sed fugato Sēnacherib redierunt ad loca sua, de dño D confidentes audito miraculo. a ¶ Inniti super eo &c. id est super regē Assyriorum, in quo tempore Achaz & populus Iuda sunt confisus, & ad petitionem Achaz regem Syriæ interfecit, & regnum Israel in parte spoliauit, vt habetur. iiij. Regū. xvj. sed postea de amico factus inimicus inuasit regnum Iuda tempore Sennacherib. b ¶ Sed innitetur super dominum sanctum &c. Quia visa mirabili percussione Sennacherib, extunc firmiter confisi fuerunt de deo qui sacrificat Israel, ideo subditur: c ¶ In ueritate reliquiæ conuertentur & cæ. quia Iudæi qui remanserant, ad deum veraciter conuersi sunt. d ¶ Si enim fuerit populus & cæ. id est in magna multitudine. e ¶ Reliquiæ conuertentur ex eo. Quia pauci remanebunt scilicet ad deum verè conuersi: qa post captiuitatem regni Israel per Salmanasar regem Assyriorum, & post vastationem regni Iudæ per Sennacherib remanserunt pauci Iudæi respectu multitudinis eorum, quæ fuerat temporibus prēteritis. †Ro.9.f.

¶ Consumatio

altabitur serra contra eum, à quo trahitur? Quomodo si e
a ¶ Sic Sennacherib contra dominum.
leuetur uirga contra eleuantem se, & exaltetur baculus
a ¶ Quasi: Quod esse non potest. b ¶ Qui in se gloriatur: Propter hoc.
qui utiq; lignum est. Propter f
hoc mittet dominator domi- b
a ¶ Principibus bellatoribus.
nus exercituum in pinguibus c
a ¶ Per angelum. clxxxv. milia interfecit.
b ¶ Sub vestibus. c ¶ Multitudo enim populi, gloria regis est.
a eius tenuitatem: & subtus glo- d e
a ¶ Sicut ignis combureus.
ria eius succensa ardebit quasi f
a ¶ Angelus qui succendit eos, qui Iudæis custodiendis deputatur.
b combustio ignis: & erit lumen g
a ¶ Lucis est. ¶ Auctor eorum. b ¶ Israel.
Israel in igne, & sanctus eius in h i
flamma: & succendetur & de- k l
a ¶ Diuitię. b ¶¶ Eius. ¶ Iniquitates & pēn.
uorabitur spina eius, & uepres m
a ¶ Multitudo exercitus.
c in die una, & gloria saltus eius, n o
& †Carmeli eius ab anima usq; p q
a ¶ Percusso enim exercitu, fugit in terram suam, & in Ninive adorans deum suum, a nisi suis occisus est.
d ad carnem consumetur. Et a erit r
t terrore profugus, & reliquię s
a ¶ Exercitus innumerabilis. vt⁹ ligna syluarum.
b ¶ Decem tantum cum eo fugerunt: vt traduut Hebręi.
ligni saltus eius prę b paucitate v
¶ Poterit scribere.
numerabuntur, & puer scribet x
a ¶ Qui ante innumerabiles. b ¶ Fugato Assyrio. ¶ Tempore.
e eos. Et b erit in die illa, non adij ci y
a ¶ Pauci remanentes. ¶ Id est de decem tribubus. b ¶ Elapsū in Ierusalem ad fiz echiam.
et residuū Israël, & hi qui fugę b
¶ Confidere.
rint de domo Iacob, inniti su- a
¶ Assyrio. a ¶ Ex amico factus inimicus, qui enim prius pro eis Damascum cepit, & Rasin interfecit.
per eo qui percutit eos, sed inni b
a ¶ Qui sanat. ¶ Sanctificat.
tetur super dominum sanctum
a ¶ Vero corde.
Israël. In ueritate reliquiæ con c
uertētur: reliquiæ, inquam, la- d
¶ Conuertentur.
a ¶ Qui potest liberare.
cob ad dominum fortem. † Si
a ¶ Prophetat de aduentu Christi.
enim fuerit populus tuus
a ¶ Pauci. ¶ Apostoli.
f Israël, quasi arena maris, re- e

pœnam debitam. e ¶ Et subtus gl. eius succensa ar. nam in monte Oliueti cū exercitu suo fulminabitur, paucis exceptis, de quibus subditur: v ¶ Præ paucitate numerabuntur. i. de facili: & quia remanentes detecta falsitate Antichristi firmiter adhęrebunt, ideo sequitur: y ¶ Et erit in die illa, non adijciet residuum Israel, & hi qui fugerint de domo & cæ. scilicet inniti falsitati, sed diuinæ veritati. Residuum autem huius capitis, est quædam replicatio sententiæ prædictæ, ideo pertranseo.

Moraliter

* a ¶ Propter hoc. s. propter hanc superbiam. b ¶ Mittet do. domi. super eam

alia alia quę ī hoc ca. ponūt, itelligūt vitio ſi homines, ſicut cōiter exponit Deu. xiiij. vbi horū & ſimiliū ei⁹ ꝓhibebat. Sicut ꝓ coruū, intelligunt illi q ſunt voluptatib⁹ denigrati, vel qui ſunt expertes bonæ affectionis, qa coruus ſemel emiſſus ab arca non eſt reuerſus: Et in miluo qui maxime vtit inſidiis, deſignātur fraudulenti. Iſta em̄ vitia ſimilia frequēter in Synagoga Iudeorū inueniunt, quę poſtq; à Chriſto receſſit, nūq; ad eā reuerſa eſt, ſaltem vniuerſaliter; & quę fraudulētiis frequēter vtit, & ſic de aliis animalibus hīc expreſsis, intelligēda ſunt vitia quę in ipſis remanſerūt poſtq; Chriſtū nō receperūt. Et nō ſolū vitia, quę vt ꝓ ſua aīa lia hīc expreſſa deſignātur, ſed etiā alia quę hīc nō exponūt itelligāt ineſſe eis, iō ſubdit: Regrit diligēter in li. dñi. ſ. Moſaicæ legis. Et legite: vnū ex eis non defuit. ſ. ex auibus & animalibus ſim̄ mūdis cōtentis in lege. qa oīa ſcd'm eorū ſignificata mō prędicto ibi manēt. Quę oīa dicunt in eis durare in ſecula ſeculorū. ſ. durāte eorū pfidia, ſicut Pro. xxxj. dicit de bibēte vinū, qdoloris eius nō recordāt ampliꝰ. ſ. ebrietate durāte. Et ſcd'm hoc exponi poteſt reſiduū huiꝰ ca. cōformit ad prędicta, exceptis duobus paſſibus qui ſpecialiter ſūt exponēdi. ¶ Primus enim dicit: Nobiles eius non erunt ibi: regē potius inuocabūt, & erunt omnes principes eius in nihilū. Ad quod ſciendum, ꝙ Iudęi ſcītes ſe cōfuſos ī negatiōe Chriſti ꝓ prophetiā patriarchæ Iacob dicentis. Nō auferet ſceptrū de Iuda, & dux de fœmore eius donec veniat qui mittēdus eſt. ſ. Chriſtꝰ; ꝓut in eorum Thargū. ſ. in translatione Chaldaica exponit, eo ꝙ iā à magnis tēporib⁹ ablatum eſt ab eis ſceptrum & ducatꝰ, & tñ Meſsiā nō habēt, ideo fingunt ꝙ illi q regūt eos in hac captiuitate, ꝓ Thalmudicā doctrinā dicuntur habere ſceptrū & ducatū, ꝓut tradūt in libro qui dicit Cāhedri, qd' tñ euacuat ꝓpheta di. Nobiles eius nō erūt ibi. q. d. Ad ducē ſeu ſceptrū habētē, nobilitas ꝓtinet; quā tñ ipſi non hnt, ſed regē potius inuocabūt. Manifeſtè em̄ cōſtat ſunt coram Pilato. Non habemus regē niſi Cęſarē, & etiā extunc vbicūq; ſint, ſunt ſub ptāte regia alicuiꝰ dñantis ſeu regētis. Et ſic patet, ꝙ falſum eſt dicere ſe habere ſceptrum & ducatum. prętertim cū etiā Scribæ & Phariſæi, ſub cuius doctrina ſunt, iā à longo tēpore defuerūt. Et de hoc ſubdit: Et erunt omnes principes eius in nihilum. Gl. Scribæ & Sacerdotes & Phariſæi. ¶ Secūdus paſſ⁹ eſt cū dicit: Et piloſus clamabit alter ad alterū. Circa qd' ſciēdū, ꝙ Piloſus ī hoc loco ī telligēd⁹ eſt dęmō. Eadē em̄ dictio ponit hīc & Leuit. xvij. vbi dicit. Nō īmolabūt vltra victimas dęmonib⁹: & eſt ſenſus: nā fabricatores Thalmudicę facultatis, vel potius falſitatis, habebant

Fabuloſa & irrideda opinio Iudęorū de pœnitētia ꝓpter tēplidestructionem

Iudęorum vana iactatio ſe adhuc regē habere glorian tes

Iob. 40. d.

Genē. 49. b.

Additio Isaiæ Cap. XXXV. Additio

habebãt duos dęmões maximè sibi familiares, quorũ vn⁹ vocabat Benthamaleõ, & ali⁹ Iosepheda, & eũ istis maxiè cõuersabant, put in multis locis ipsi⁹ Thalmud habet: & etiã narrat ab eis, ꝙ semel fuerat à Cęsare ꝓhibitũ, ne illã Thalmudicã doctrinã diuulgaret, & tũ ad cõsiliũ, & ꝓcuratiõnẽ prędictorũ dęmonũ hususmodi ꝓhibitio fuit reuocata, & sic Thalmudica doctria recupata fuit dęmonũ ꝓcuratiõe. Quę qdẽ historia narrat ꝑ extẽsum in libro textuali ipsi⁹ Thalmud q dicit Mehila, q est autẽtic⁹ apud eos, sed̃m ꝙ ꝓpriè d'r ꝙ i Idumęa, ſ. synagoga Sathanę. Et pilosus clamat alter ad alterũ. ſ. vn⁹ dęmõ ad aliũ cõsociũ ad op⁹ suũ explẽdũ seu recupandũ. Posset etiã hoc iteligi de duob⁹ diaboli eis hoib⁹, q iter cęteros ꝓsecutores Christi, & ecclię pniciosiores cẽ sent. Prim⁹ seu principalior in primitiua synagoga Sathanę fuit Iob.19.b. Schariothes, de q̃ Christ⁹. Qui tradid. me ti. &c. vñ à Christo diabol⁹ noiat, Ioh. vj. g. Nõne. xij. degi & vn⁹ ex vo. &c. Alter verò pilosus põt itelligi Antichrist⁹, q pricipalior erit i ꝓsecutione vltima Ecclię, & ꝑtute dęmonũ miracula faciet saltẽ apparẽtia, de quo Apłus. ij. ad Thess. ij. b. ꝙ secũdũ opationẽ Sathanę &c. & sic pilosi clamabãt alter ad alterũ, licet valde remoti i tpe: qa affecti ones eorũ diabolicę adiuicẽ correspõdẽt, nitẽtes. ſ. Christũ, & Ecclesiã subuertere, alter. ſ. in capite, alter verò in oib⁹ mẽbris uniuersaliter

GLO S. ORDI.

CAP. XXXV.

LAEtabitur. Expośita captiuitate Iudæorum agit de conuersione gentium. b ¶Saron. Populi Iudęorum, vnde: Erit Sarõ sicut desertũ.

Isa.32.d.

NI. DE LY. ☞ viror ca

Cap. XXXV.

LAEtabitur. Andreas & alię expositores catholici in hoc iꝑm sequentes exponũt ista de, ꝓsperitate Iudęorum post reditũ de Babylone: sed hoc nõ videt rõnabiliẽ dictũ, qa ab illo tpe vsq; ad Christũ fuerũt i seruitute q̃uis in terra sua, sicut dictũ fuit supra. xxij. Fuerũt etiam in multis afflictionibus & angustiis, vt patet in libris Esdrę & Neemię & Dañ. & iõ ꝓspitas & iucũditas quę i hoc ca. describũt, ad tps illud nullo mõ referri vident. Si aũt dicat ꝙ imo, qa hic est hyꝑbolica locutio, sicut dicitur de alba muliere, ꝙ est albior niue q̃uis multũ deficiat à niuis albedine, hic nõ videt cõueniẽter dictũ i ꝓposito, qa magnificũ & piũ decet plus cõferre quã ꝓmittere, vel saltẽ nõ min⁹, & min⁹ punire quã cõminari: de⁹ aũt magnificentissim⁹ & piissim⁹ est: iõ ei⁹ ꝓmissiones de bonis nõ videt rõnabiliẽ exponi ꝑ restrictionẽ ꝛpleriõis, nisi aliq̃n appareat manifestè, ꝙ sic debeãt exponi, vt ꝓpter Demetriũ manifestè supueniẽs: propter qd̃ bonũ ꝓmissũ iuste rescindit vel totaliter auferẽ: cõminationes tũ de malis rõnabiliter aliq̃n excessum, siue restrictionẽ exponũtur secũdũ qualitatẽ & mẽsurã pctorũ ipsorũ delinquentiũ: ꝓpter qd̃ Ra. Sa. hoc ca. exponit de felici statu quẽ expectãt Iudęi in aduẽtu Messiæ. Igit dimittẽdo qd̃ falsũ est in dictis eius scilicet ꝙ Christus sit adhuc vẽturus in mũdũ, & accipiendo qd̃ verũ est. ſ. ꝙ hoc ca. sit ad tps Christi referẽdũ. põt sic cõtinuari ca. præcedẽti, in quo ꝓphera denunciauit destructionẽ Idumęæ ad cõsolationẽ Iudęorũ. Hic cõsequẽter denũciat eis cõsolationẽ ꝓfectã Christi tpe credẽtib⁹ affuturã. Et diuidit in tres partes: qa priò cõsolat eos de futura multiplicatione: secd̃ò de credẽtiũ roboratiõe, ibi: Cõfortate man⁹. tertiò de dęmonũ deiectiõe, ibi. In cubilibus. Ad eujdẽtiã primi sciẽdũ, ꝙ in Zanhedrin Ieroso-

Diuisio

lymitano (q apud Hebrẽos est liber auct̃icus) dicit, ꝙ qnq; res notabiles defuerũt in sed̃ò templo ꝑ Zorobabel ędificato quę fuerãt in templo Salomonis. Primũ est ignis cõtinuus in altari holocaustorũ: q tũc ꝑ pluuiã vel vẽtum nõ extinguebat, quãuis etiam sub dio. Sed̃m est, area testamẽti, vñ dicit Iere, iij. c. In illis diebus non dicent vltra arca testamẽti domini, nec ascẽdet super cor, nec recordabunt illius &c. Tertium est vnctio regũ & pontificũ: qa põtifices qui fuerunt post captiuitatem Babylonicam non fuerũt instituti ꝑ vnctionẽ sacrã, sed instituebant frequenter ꝑ reges, quib⁹ Iudęi erãt tributarij, q frequenter vendebant summũ Sacerdotiũ. Similiter toto illo tpe Iudęi reges nõ habuerũt nisi aliq̃s paucos parũ ante tps Christi: & illi nõ fuerũt ꝑ vnctionẽ ĩstituti. Quartũ ẽ spũsctus seu diuinitas, quę ꝓ tanto dicebatur in

Primũ item plũ i qnq; prestat secundo

uersaliter sibi cõ tẽporaneis. Si aũt obñciat cõtra expositionẽ prędictã, ꝙ videt eẽ mystica nõ literalis, eo ꝙ idumęa ꝓprie significat illã terrã Seir quã Esau possedit: ĩfr Bosra ciuitas principalis in ea existẽs, vñ ꝙ ꝑ ista intelligit Synagoga, videt ꝓtinere ad sensum mysticũ seu spũalẽ: & sic de multis i hoc ca. cõtẽtis sed̃m prędictã expositionẽ. Dicẽdũ igit, ꝙ i dictis ꝓphetarũ mixta traduũt parabolicè seu metaphoricè, sicut suprà. v. Vinea dñi accipit pro domo Israel, & .xxv. ꝑ Moab itelligit Antichrist⁹ ad lr̃am, vt ibi dẽ habet i postilla: vñ & i hoc loco. qa lr̃a hui⁹ ca. nõ bñ adaptat nec ꝓprie Idumęæ nec Romę, nec aliis de quib⁹ dictũ est, sed Synagoge Sathanę mõ prędicto. Idcirco de illa exponit ad lr̃am. qa in locutiõe pabolica, vt dictũ fuit suprà i quęstiõe suprà ꝓlogũ Ge. sens⁹ lr̃alis est non ille, q significat priò ꝑ vocẽ, sed ille qui ꝑ res intẽdit significari, præsertim cũ i hoc loco multa inueniũt huic ỹitati cõsona: vñ & in aliis locis frequẽter accipit Idumæa ꝓ Synagoga prędicta, vt infrà. lxij. a. Quis est iste q venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? & in aliis locis, vt ibidẽ deo dante videbitur & eadẽ est rõ de aliis in hoc ca. pabolicè contentis.

REPLICA Sed in ca. xxxiij. recedit à postil. q exponit hoc ca. ad lr̃am: Bur. ipse ãt ꝓ allegoriã satis ex tẽsã ponit, ꝓpositiones Thalmudicas, & alia mira, de qb⁹ ñiudi.

Nico. de Lyra.

Cap. XXXV.

¶Gentilitas. a ¶A deo.

†Ætabitur deserta & a b

a ¶Sine Christo qui dicit: Ego sum via, veritas, & vita. ¶Sine doctoribus veritatis. b ¶Idem.

inuiã, & exultabit a

a ¶Cum odore opinionis bonæ Christi, bonus odor sumus deo.

b ¶Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter ñ.

c ¶Fides, spes, op; gratiorem.

solitudo, & florebit quasi liliũ. Gẽr a d c

a ¶Spe. ¶Adepta salutis cognitione

minãs germinabit, & exultabit læta f

a ¶Deum. b ¶Templi legis. c ¶Gratia.

bũda & laudãs. †Gloria Libani dãta g

a ¶Fertilitas terræ promissionis. ¶Erit desertum in Carmelo. ¶Verę circumcisionis. ¶Apostoli & alij spirituales.

est ei, decor Carmeli & Saron. Ipsi ui h

Nico. de Lyra.

†Lætabit̃ solitudo ĩ inuium

baſ in templo Salomõis habitare: qa ibi à summo sacerdote audiebãtur diuina respõsa: nõ aũt in sed̃o templo. Quintum est אוּרִים וְתֻמִּים Vrim & Thũmim ꝑ quo ponit i latino doctrina & veritas, Exo. xxviij. & secũdũ Iosephũ erat qdã fulgor subito ꝓsiliẽs de lapidib⁹ rõnalis & suphumeralis, qñ deus acceptabat preces summi Sacerdotis, de quo dicit Iosephus. iij. lib. antiqtatis Iudaicæ, ꝙ defecit ꝑ ducẽtos annos anteq̃ inciperet scribere librũ illũ, quẽ incepit scribere anno quadragesimosecũdo à passione Christi vel circiter, qa librũ illũ obrulit Vespasiano imperatori: q cœpit impare anno dñicę incarnationis. lxxj. & sic sed̃m iꝑm cessauit ꝑ magnũ tẽpus ante Christũ: & ad huc ꝑ mai⁹ tps ante cessauit sed̃m librũ prędictorũ: & secũdum hoc dicitur. a ¶Læta. deser. Id est Iudęa, quę fuit desserta à deo quãtũ ad quinq; prædicta. b ¶Et in uia. Tpe enim primi templi ꝓphetæ discurrebãt ꝑ Iudæã ppłm à malis retrahẽdo, & bona exhortãdo. Tpe verò secũdi templi nõ legũtur habuisse nisi Ageũ Zachariã & Malachiã, q ꝓphetauerũt tpe reędificatiõis templi secũdi: sed postea popul⁹ Iudaic⁹ caruit ꝓpheta talib⁹ ꝑ. ccc. annos & ampli⁹, vsq; ad tẽp⁹ Iohãnis baptistę, q cœpit pœnitẽtiã prædicare, & aduẽtũ Christi nũciare: Leta. deser. i. Iudęa, quę fuerat prędicto mõ deserta. Et in aduẽtu Christi habebit materiã gaudij q̃tũ ad defunctos quos Christ⁹ de libo patrũ trãstulit ad gloriã, & quãtũ ad viuos credẽtes in eũ, ꝙ potissimè fuit impletũ qñ recepto spũsancto in die Pentecostes confidẽter, & magna voce laudabant dominũ. Act. ij. c ¶Et exultabit solitudo. Id est gentilitas, quæ ad modũ solitudinis caruerat cultu legis & prophetarũ, cũ gaudio suscepit fidẽ Christi ad prædicatiõnẽ apostolorũ. d ¶Et flore. quasi lilium. decore sanctitatis & odore bonæ famæ. e ¶Germinãs germina. per talẽ replicationem & reduplicationem intelligitur multitudo Gẽtilium recipiens Christi fidem. f ¶Et exultabit læta. corde. g ¶Et laudans. ore. h ¶Gloria li. &c. ꝑ ista tria loca quæ aliis in Iudæa fuerũt amœna & sertilia, intelligit ꝙ quidqd erat pulchritudinis & amœnitatis i sanctitate & honestatẽ i Synagoga, translatũ est ad ecclesiã ex Iudæis & Gentib⁹ cõgregatã. i ¶Ipsi uidebũt gloriã do. i. ąꝑ Christi quẽ viderũt apli aliq̃ discipuli oculis corporeis quantum

Moraliter

Mora. a ¶Lætabi. de. Istud capitulũ literaliter expośui de ecclesia tpe Christi ex Iudæis & Gentib⁹ collecta: & sic sensus literalis est etiã spiritualis. Potest tũ cũ hoc exponi moraliter de q̃libet pctõre ad deũ cũ magna pœnitẽtia reuertẽte: & sic aliquãdo plus in merito ꝓficit, quã ille qui innocentiã seruauit, vt dictũ est supra. xxx. c. ꝓpter quod dicit Ro. v. d. Vbi abũdauit delictũ, superabundat & gratia. Et de tali cõuenienter põt dici: Lætabitur deserta & inuia. &c. quia ꝑsona prius à deo deserta lætabit in domino & germinat in bono: ꝓpter qd̃ subdit de tali prẽmio, i ¶Ipsi uidebũt gloriam domini. facie ad faciem: Et

*qñ tales

a ¶ Viror cala. Impletio scripturæ, quæ p calamū, & intētionis A adiutoriū, quæ p iuncū. Calamus em & iuncus iuxta aquas oriuntur & virent. *Nicolaus de Lyra.*

C

corporeis quantū ad humanitatē, & oculis mentis quantū ad deitatē, Ioh. j. b. Vidimus gloriā eius, gloriā quasi vnigeniti a patre, &c. Viderunt etiā gloriā eius in miraculorū operatione & resurrectione eius & ascensione. Gentiles etiā postea ad fidem conuersi viderunt gloriam eius i miraculis factis p apostolos i nomine Christi. a ¶ Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite † pusillanimes, confortamini & nolite timere. Ecce deus noster ultionem adducet retributionis, deus ipse ueniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Ista enim miracula fuerunt facta per Christū, & postea per apostolos & alios credentes in nomine Christi, vt patet in Euangelijs & Actibus apostolorū. Et fuerunt facta spūaliter in illuminatione infidelium fidē recipiendo. Et aures eorū fuerē apertæ mandatis Christi obediendo. Et claudi sanati per viam morum incedendo, & muti loquelam receperunt, fidem liberè confitendo. Cuius causa subdirit: o ¶ Quia scissæ sunt i deser. Iudææ & Gētilitatis, vt patet ex supradictis. p ¶ Aquæ. s. sacramēti baptismi. q ¶ Et torrentes in solitudine. i. variæ gratiæ spiritussancti. de quibus dicitur. j. Cor. xij. a. Alij dat sermo sapiæ, &c. r ¶ Et quæ erat arida in sta. & si. in fon. aqua. Per hoc notat plenitudo gratiæ dare tpe ecclesiæ primitiuę. s ¶ In cubili. Hīc cōsequēter denunciatur materia gaudij ex dęmonum deiectione, cum dicit: In cubili. id est in phanis & templis idolorum. t ¶ In quibus prius habitabant d. id est dæmones in idolis responsa dantes, & aliquando in talibus locis apparuerunt dæmones in specie draconū. v ¶ Orietur uiror calami & iun. Quia idolis inde abiectis talia loca frequenter per apostolos aliosq; discipulos diuino cultui applicabantur. y ¶ Et e. ibi se. quantū ad obseruationem consiliorū. z ¶ Et uia. quantū ad obseruationem mādatorū. b ¶ Et hæc erit uobis directa uia peruenientibus ad beatitudinē. c ¶ Ita ut stulti. i. simplices & illiterati etiā. d ¶ Non errent p eā. Frequenter enim contingit, quod simplices directius incedūt per hanc viam. vnde cum Augustin⁹ legisset vitam Pauli monachi simplicis, dixit cis, dixit: Simplices & illiterati rapiūt cælū. & nos cū literis nostris trahimur ad infernū. Et nō transibit p eā pollutus. Ex hoc patet, qd' propheta nō loquit̄ hīc de via materiali, p quā indifferenter transit pollutus & mundus. Et sic metaphoricè loqt̄ ,ppheta ī prę cedentibus & sequētibus, cū dicit e ¶ Nō erit ibi leo & mala be. nō as. p eā. Per hoc intelligūtur dæmones, qui in primitiua ecclesia fugabantur p credētes, Mar. vlt. d. Signa eos q crediderint hæc sequent̄, In nomine meo dęmonia ejcient, &cæ. f ¶ Et ambulabunt. Per viā iusticiæ. g libe. fue. à dęmonis seruitute. g ¶ Et redem. à do. Iesu Christo suo sanguine precioso. h ¶ Cōuerten. & ue. ī Siō. i. ad ecclesiam militantē primo, postea ad triumphātē, secūdum qd' dicit Hebr. xij. f. Accessistis ad Sion montem & ciuitatē dei viuentis Ierusalē cælestem, &cę. i ¶ Et lætitia sempitern. su. cap. eo. Ex hoc & pluribus alijs in hoc capitulo positis videtur, qd' hoc capitulū referri non possit ad tempus Iudæorum de captiuitate Babylonica redeuntium.

† pusillanimis stultis corde.

† retribuēs

B Miracula Christi.

Augustī. de Paulo simplici.

a ¶ Vnam substantiam patris & filij & spiritussancti. ¶ Quomodo "pater in filio, & filius in patre, spiritussanctus in vtroque.

debunt gloriā domini & decorem dei nostri. Confortāte mānus dissolutas, & genua debilia rōborate. Dicite † pusillanimes, cōfortamini & nolite timere. Ecce deus noster ultionem adducet retributionē, deus ipse ueniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & † aperta erit lingua mutorum, quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine, & quæ erat aridā in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus in quibus prius drācones habitabant, orietur uiror calami & iunci, & erit ibi semitā & uia, & uia sancta vocabitur. Non transibit per eam pollutus, & hæc erit uobis directa uia, ita ut stulti non errēt per eam. Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec inueniet turibi. Et ambulabunt qui liberati fuerint & redempti à domino, conuertentur, & ueniēt in Sion cum laude, & lætitiā sempiterna super caput eorum. Gaudium & lætitiam obtinebit, & fugiet dolor & gemitus.

a ¶ Malorum. b ¶ Causa securitatis.

a ¶ Bonos. b ¶ Ad literam. ¶ In primo aduentu: vt lumen veritatis aspiciant.

a ¶ Exteriores & interiores. b ¶ Sine lumine veritatis. c ¶ Virtutes.

a ¶ Ad verba dei. b ¶ De vitijs ad virtutes, de mundo ad cælum.

a ¶ Sine gressu fidei & operis. b ¶ In laude dei.

a ¶ Quorum Sathanas ora conclauserat. b ¶ Emanuātes.

a ¶ Gentium. b ¶ Baptismi. c ¶ Abundantes doctrinæ veteris & noui testamenti. ¶ Gratiæ spiritualis.

a ¶ Sine rore gratiæ. b ¶ In plenitudine scientiæ.

¶ Idem. a ¶ In cordibus.

a ¶ Dęmones.

a ¶ Quibus scribatur fides domini, & scilā prius membra quiescent.

a ¶ In solitudine Gentium. b ¶ Christus. ¶ Ego sum via, veritas & vita. c ¶ Illa.

a ¶ Sancta. b ¶ A Gentibus.

a ¶ Ecclesiam. b ¶ Beati immaculati in via. ¶ Diabolus homicida ab initio. c ¶ Fides Christi.

a ¶ Ad deum. b ¶ Gentes, ante idola pro creatore colentes. Stulta mundi elegit deus, vt confundat &c.

a ¶ Princeps dæmonum: qui circumit quærens quem deuoret. b ¶ Satellites diaboli.

a ¶ Vestigium colubri non inuenitur in petra. ¶ Per Fidem expulsus.

a ¶ De virtute in virtutem. b ¶ A vinculis peccati & erroris.

a ¶ Sanguine agni.

a ¶ Per pœnitentiam. b ¶ Sic. c ¶ Ecclesiam. d ¶ Dei.

a ¶ Spe æterni boni. b ¶ Mentem.

a ¶ Cursum comsum. Fidem ser. &c.

a ¶ Aeternaliter. ¶ Cum venerit in cælestem gloriam vel Ierusalem. b ¶ Ab eis. ¶ Succedente gaudio nunc in spe, in futuro in re.

Moraliter

† laudabit

† & ipse in eis ambulans per eā viam, etiā stulti non errabunt.

D

ADDI. Præsens capitulum bene & propriè videtur exponi à postil. sed circa eius continuationem ad præterita attendendum est, quòd in cap. xxxiij. præcedenti ab illo loco in q̄ dicitur: Audite qui longe estis, &c. vt dictum est, incipit capitulum secundum Hebræos vsque ad finem illius ca. propheta tractauit de deiectione & reprobatione Pharisæorū, doctrinā Christi respuentium, & de psperitate adhærentiū Christo, & de qbusdam ad hoc pertinētibus, vt ibidē fuit ostensum. ¶ In ca. ỳ ò prędcenti scilicet. xxxiij. specialius agit de destructione synagogæ Iudæorum quæ per Idumæam ibi designatur & de pluribus ad hoc pertinētibus, vt ibidem fuit largè ostensum. ¶ In pñti verò ca. tractat de consolatione & statu credentium in Christo. Vt sic oppositā iuxta se posita clarius elucescāt. Et exponat̄ totū præsens capitulum sicut in postilla.

Caput. XXXVI.

ET fa. Cap. XXXVI. eſt. Libri Regum & Paralip. conſentiunt ſexto anno regni Ezechiæ veniſſe Salmanaſar regem Aſſyriorum & ex parte maxima .x. tribus tranſtuliſſe vltrà montes Medorum & Perſarum, cum quib⁹ & Tobias captiuatus: ſicut habetur in libro ei⁹: Poſt Salmanaſar, Phul, qui & ipſe populum ex parte captiuauit, poſt Theglatphalaſar & Sargon ſucceſſe runt vſq; ad Sennacherib, qui quartodecimo anno regni Ezechiæ aſcẽdit. Sed quomodo tot reges tantillo ſpacio? Sed tradunt Hebræi, qđ tot nominibus dictus ſit vnus Sennacherib, nec eſt diſſimile veri. Sacra narrat hiſtoria primũ Phul Aſſyriorum regem ſub Manahem rege Iſrael vaſtaſſe .x. tribus. Secundum Theglatphalaſar, ſub Phacee filio Romelię veniſſe in Samariam. Tertium Salmanaſar ſub Hoſee rege Iſrael totam cepiſſe Samariam. Quartum fuiſſe Sargon qui expugnauit Azotum. Quintum Aſarad don qui translato Iſrael Samaritanos cultores miſit in Iudæam. Sextum Sennacherib, qui ſub Ezechia rege Iuda capta Lachis & multis aliis Ieruſalem obſedit. b ¶ Sobna. puto: conſi Sobna Scriba, alius, non ſuperbus, lium & vis qui vt tradunt Hebræi commina- tua ad bel- tione Rabſacis perterritus inferiorẽ lum tantũ- partem ciuitatis tradidit, arce rema modo eſt ĩ nente & templo. c ¶ Hæc dicit. Si labiis tuis. cut forſan à patre audierat, hæc dicit dominus: & vt verba eius habeant maius pondus. Notat arrogantiam. Hæc dicit rex magnus quaſi contraria fortitudo. d ¶ Ecce cõ fidis. Mentitur planè. Nuſquam enim legitur Ezechiã in Aegypto ſpem poſuiſſe. e ¶ Nec po. Nõ ex imbecillitate, ſed prçceptorum dñi obſer-

4. Re. 18. c.
E
† dixi, vel puto:
† innixus
4. Re. 15. d.
Ibidẽ. f.
4. Re. 17. a.
Eſaiç. 10. a.
4. Re. 17. d.
4. Re. 18. c.
F

NIC. DE LYRA.

CAP. XXXVI.

ET factum eſt. Superi⁹ Iſaias deſcripſit liberationem Ezechię & populi eius per modum prophetiæ. Hîc conſequenter eam deſcribit per modum hiſtoriæ. Circa quod ſciendum, quod Ezechias miſit magnas pecunias regi Aſſyriorũ tali pacto quòd à terra eius recederet, & ipſum in pace dimitteret, vt dictum fuit quarto Regum xviij. ſcilicet accepta pecunia pactũ fregit, nitens Ieruſalem deſtruere, & populum in Aſſyrios transferre & ad terrendum Ezechiam & populum ſuum verbis cõminatorĳs miſit Rabſacem cum magno exercitu antè Ieruſalem. Circa hoc igitur ſic proceditur, quia primò ponitur dicta comminatio, ſecundò Ezechiæ liberatio cap. ſe. Prima diuiditur in tres, quia primò ponitur dicta comminatio, ſecũdò comminati poſtulatio, ibi: Et dixit Eliachim. Tertiò petitionis refutatio, ibi; Et dixit ad eos. Prima in duas, quia primò prę mittuntur quædam præambula. ſecundò, comminatio dicta, ibi: Et dixit ad eos

† fideiuſſo rẽ da, vel, da vadem.
† ſiquidem
Diuiſio

a ¶ Decem tribubus captiuatis, & ciuitatibus Iudæ vaſtatis ad Ieruſalem peruenitur.

a ET factum eſt in quarto decimo anno regis Ezechiæ, aſcendit Sennacherib rex Aſſyriorum ſuper omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Et miſit rex Aſſyriorum Rabſacen de Lachis in Ieruſalem ad regẽ Ezechiam in manu grauĳ, & ſtetit in aqueductu piſcinæ ſuperioris in uia agri Fullonis. Et egreſſus eſt ad eum Eliachim filius Helchię, qui erat ſuper domũ, & Sobna Scriba, & Ioahe filius Aſaph a cancellarius. b Cancellarius regis.

a ¶ Quam tunc expugnabat.
¶ Multitudine.
a ¶ Erat enim & inferior.
¶ Vbi Fullo manebat.
a ¶ Summus pontifex, qui Sobnæ ſuperbo ſucceſſit.
¶ LXX grammaticus.
b ¶ Hunc alij filium Iſaiæ autumant, alij Samaritẽ fuiſſe, & ideo loqui Hebraice.

a ET dixit ad eos Rabſaces: Dicite Ezechiæ: Hæc dicit rex magnus rex Aſſyriorum: Quę eſt iſta fiducia, qua confidis, † aut quo conſilio vel fortitudine rebellare diſponis? Super quem habes fiduciam, quia receſſiſti à me? Ecce cõfidis ſuper baculum arundineum cõfractum iſtum ſuper Ægyptum, cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam, ſic Pharao rex Ægypti omnibus qui confidũt in eo. Quòd ſi reſpõderis mihi, in domino deo noſtro confidimus, nónne ipſe eſt cuius abſtulit Ezechias excelſa & altaria, & dixit Iudæ & Ieruſalem: corã altari iſto adorabitis? Et nunc † trade te domino meo regi Aſſyriorum, & dãdo tibi duo milia equorum, † nec poteris ex te præbere aſcenſores eorum. Et quomodo † ſuſtinebis facere iudicis unius loci ex ſeruis domini mei minoribus? Quòd ſi confidis in Ægypto, in quadriga & in equitibus, & nunc nũquid ſine domino aſcẽdit ad terram iſtam, ut diſperderem eã? Dominus dixit ad me: Aſcende ſuper terram iſtam, & diſperde eam. Et dixit Eliachim & Sobna & Ioahe ad Rabſacen. Loquere ad ſeruos tuos Syrã lingua, intelligimus enim, ne loquaris ad nos

a ¶ Quaſi: Me famulum Sennacherib minimum, non poteris ſuſtinere, quomodo ſuſtinebis ipſum?
a ¶ Quaſi: Fruſtra. b ¶ Reſpicit ad hoc ſi reſponderis mihi in domino deo confidimus.
c ¶ Satis aſtute.
a ¶ Non. ¶ Quia.
b ¶ Chaldæa
a ¶ Eam quæ vtriq; communis eſt. b ¶ Hebraice loquebatur, vt aſtanti populo terror ſic incuteretur.

xit ad eos Rabſaces. Circa primum præmittitur tempus, cùm dicitur: a ¶ Et factum eſt in quarto anno. Secundo: Iocus, ibi: b ¶ Super omnes ciuitates Iuda. excepta Ieruſalem & paucis fortalicĳs. c ¶ Et miſit rex Aſſyriorum. vbi remã ſit cum parte exercitus ad expugnãdum locum iſtum. d ¶ In manu grauĳ. id eſt in tanta poteſtate, qđ Ezechias ſe nõ poterat in campo ſuſtinere: ideo tenebat ſe inter muros Ieruſalem. e ¶ Et ſtetit aquædu. Illum enim aquæductum qui exibat extra ciuitatem diuerterat Ezechias, vt dictum eſt ſuprà. xxxiij. tamen locus retinebat nomen aquæductus. f ¶ In uia agri ful. ſic nominati, eò qđ fullones extendebãt ibi veſtes ad deſiccandum. g ¶ Et egreſſus eſt ad eum. ad tractandum de pace de conſenſu vtriuſq; partis. h ¶ Qui erat ſuper dom. ſcilicet domini, quia erat ſũmus Sacerdos, vt dictum eſt ſuprà. xxxiij. i ¶ Et Sobna Scriba. i. ſcriptor animalium, & iſte eſt ali⁹ ab illo, de quo habetur ſuprà. xxij. qui ante Eliachim fuit ſũm⁹ Sacerdos. k ¶ Et Ioahe fi. Aſaph à commẽtarĳs. i. Cãcellarius regis. Et eſt à commẽtarĳs vnum nomen indeclinabile & communis generis. In Heb. ramẽ habetur, recordator. Et vt dicit Ra. Sa. habebat officium reducendi ad memoriam caſus tractandos corã rege, & ſecundum debitum ordinẽ prout caſus debebant prius vel poſterius expediri. l ¶ Et dixit. Poſtis quibuſdam præambulis. Hîc cõ ſequenter deſcribitur comminatio Rabſacis ex parte regis Aſſyriorum loquentis. m ¶ Quæ eſt iſta fid. qua confidis. ſ. te poſſe reſiſtere, q.d. nulla eſt: quia ſi confidis de auxilio humano per regem Aegypti, illud nullum eſt, ideo ſubditur: Ecce confidis ſuper baculum arũ. & patet litera vſq; ibi: n ¶ Quod ſi reſponderis mi. vbi excludit ab Ezechia auxilium diuinum, dicens: o ¶ Nonne ipſe eſt cuius. q. d. non debes à deo ſperare auxilium, cuius dimiſiſti cultum. iſte tamen Rabſaces dicebat falſum, quia poſt ædificationem templi per Salomonem non fuit Iudæis licitum alibi offerre ſacrificia, niſi in caſu ex diſpẽſatione diuina, ſicut Elias obtulit in mõte Carmeli. iij. Reg. xviij. p ¶ Et nũc t. i. obliga te per cautionẽ ſuffĭcientẽ. q ¶ Et da. Vñ i Heb. hĭ: Sis vadiatus. ſ. pro duobus milibus equũ ąs tradi tibi. r ¶ Nec p. q. d. i. to to ppło tuo nõ inuenies tot hoĭes, q ſciãt & poſſint egrare. s ¶ Et q. ſuſti. q. d. nullo mõ. qa ꝙlibet eorũ habet ſatis plures equites i acie ſua. t ¶ Quod ſi cõ. i. ĩ adiutorio dei & regis Aegypti ſimul excludit hoc dicẽs: v ¶ Domi. di. hoc falſo dicebat ad terrendũ Ezechiã. x ¶ Et d. Eliac. Hîc conſequẽter ponit Ezechiæ petitio p nũcios ſuos facta, cũ dicit: y ¶ Loq. ad ſ. quę nõ erat i-

G
† y tere ſa cies faciem ducis vti⁹.
c telligibilis
Mora. a ¶ Et factũ eſt in. Huius
Moraliter
✱ hiſtorię

℣ obseruatione q̃ p̃ Moysen de re
A ge Israel præcepit, dicẽs: Nõ mul
tiplicabis tibi eq̃s & currus, nec
vxores plurimas. a ℂ Faci. me
cũ. Laudate me, benedicite me.
Vel sicut habet alia editio: Facite qđ vobis vtile est, vt me reci
piatis, & pax maneat vobiscum.

GLOS. ORDI.

CAP. XXXVII.

† aquam

ET factũ. b ℂ Scidit
uestim. sua. Scindũt
uestes, quia audierat
Rabsacẽ blasphemã
tẽ. Scidit rex credens ex peccatis
suis & populi hoc prouenisse.
c ℂ Isaiam fi. Amos. In libro
4. Re. 19. 2. Regũ legit, q̃ misit ad Isaiam p̃
phetã. Sed hîc, qa de se Isaias te
xit historiam, non prophetam,
sed filium prophetę se nominat.

℣ Pro reli.

Nicolaus de Lyra.

✠ intelligibilis populo cõi. Et
erat petitio rationabilis, quia ta
lis tractatus debet esse secretus
quousq; sit perfectus & firmat⁹.
a ℂ Et di. ad eos Ra. Hîc con
sequenter ponit dictæ petitionis
refutatio, cũ subdit: b ℂ Nũqd
B ad do. t. s. Ezechiã. c ℂ Et ad t.
eius nũciũ. d ℂ Misit me d. m.
q. d., non, sed magis ad populũ.
e ℂ Vt comedant sterco. sua.
id est nisi reddant se voluntariè,
ita diu erunt obsessi, quòd non
habebunt aliquid ad comeden
† sinatis, dum & bibendum. f ℂ Et bib.
vt verbis c urinam pedum suorum. id
ludat. est fluentem ad pedes suos. Ho
minibus enim in timore & angu
stia magna positis solet fluere u
rina versus pedes, & per hoc in
nuit famem & anxietatem eis fu
turam in obsidione, nisi reddide
rint se. g ℂ Et clamauit uo. m.
Iudaicè. Ex hoc dicũt doctores
quòd iste erat apostata à Iudaís
mo. h ℂ Non uos seducat E
zechias. Promittẽdo vobis au
xilium à domino futurũ. i ℂ Fa
cite mecum benedi. ad reddẽ
dũ vos mihi voluntariè. k ℂ Et
comedi. id est habitate pacificè
& quietè in terra ista. l ℂ Don.
ueniam & tollam uos. q. d.
hîc est modus regum Assyriorũ
scilicet transferre Gẽtem sibi sub
iectam de terra sua natiua ad a
liam, vt de eius obedientia sit
magis securus. iam enim ante fe
cerat hoc rex Assyriorum de Ho
see rege Israel & eius populo, vt
habetur quarto Regum decimo
octauo. m ℂ Ad terram quæ
est tut terra uestra. id est similis
in fertilitate & amœnitate; pro
pter quod talis translatio non
debet vobis esse grauis. Nec cõ
turbet uos Ezechias, retrahẽ
do vos ab isto, quòd vobis offe
ro. n ℂ Dicens dominus lib.
nos. q. d., non poterit; quod niti
tur probare cũ dicit: o ℂ Nun
quid liberauerũt dij Genti.
†prophetę q. d. cũ essent multi dij; non po
tuerunt

Iudaicè in auribus populi, qui est super murum.

a ✠ Arroganter. b ✠ Elatus in superbiam, ex nunciorum humi
litate, omnes quasi vnum alloquitur.

Et dixit ad eos Rabsacẽs: Nũnquid ad domi a b
num tuum & ad te misit me dominus meus, ut c d
loquerer omnia uerba ista, & non potius ad ui

a ✠ Obsessi. b ✠ Fame.

ros qui sedent in murõ, ut cõmedant stercora e
a ✠ Siti compulsũ. ✠ Quæ fluit ad pedes.
sua, & bibãt turinam pedum suorum uobis f
cum? Et stetit Rabsaces, & clamauit uoce ma g

a ✠ Vt populus intelligeret & timeret.

gna Iudaicè, & dixit: Audite uerba regis magni,

a ✠ Vt fortitudo contraria ei de qua dicitur: Hęc dicit dominus deus
Israel. b ✠ Confortando. ✠ Accusatio Rabsacis testimoni
um est Ezechiæ quod in domino confisus populum confortauerit.

regis Assyriorum. Hæc dixit rex: Non uos sedũ h

a ✠ Quamvis promittat.

cat Ezechias, quia nõ põterit eruere uos, & non

a ✠ Suo.

uobis tribuat fiduciam Ezechias super dõmino,

a ✠ Coniiciebat, vel audierat ab aliquo Ezechiã sic persuadere populo.

dicens: Eruẽs liberabit nos dominus, non da
bitur ciuitas ista in manu regis Assyriorum. No
lite audire Ezechiam. Hæc enim dicit rex Assy

a ✠ Minis miscet blanditias, vt quos non vincit terrore, vincat pro
missione. b ✠ Quæ in benedictionem vestram proficiat.

a riorum: Facite mecum benedictionem, & egre i
dimini ad me, & comedite unusquisque uineam k
suam, & unusquisq; ficum suam, & bibite unus

a ✠ Ab Ægypto. Illuc enim ire decreuerat capta Lobna.

quisque aquam cisternæ suæ, donec uẽniam & l

a ✠ Quisq; desiderat terram in qua natus est. b ✠ Terram Mordorum
promittit, quæ est cultu & situ terræ Iudęorum similitudine; qualis enim
inueniri non potest.

tollam uos ad terram, quæ est ut terra uestra, ter m
ram frumenti & uini, terram panum & uinea
rum. Nec † conturbet uos Ezechias, dicens: Do n

✠ Qui multi, quanto minus vnus.

minus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij
Gentium unusquisque terram suam de manu re

a ✠ Antiochiæ & aliarum ciuitatum.

gis Assyriorũ? Vbi est deus Emãth & Arphat?

a ✠ Multi dij etiam quos ante captiuitatem decem tribus coluerunt, & ideo
perierunt.

Vbi est deus Sepharuaim? Nunquid liberaue o

a ✠ Cum eos coluerit.

runt Samãriam de manu mea? Quis est ex omni
bus diis terrarum istarum, qui eruerit terram su

a ✠ Simditer. b ✠ Vnus, cum multi non potuerunt decem tribus liberare.

am de manu mea, ut erũat dõminus Ierusalẽ de

a ✠ Ne stulto respondeas iuxta stultitiam suam, ne videaris ei ß. Non succen
das carbones.

manu mea? Et siluerunt, & non responderunt ei p

a ✠ Ne alternando plura populum seduceret, vel maiores
blasphemias inferret. vnde: Non succendas carbones.

uerbum. Mandauerat enim eis rex, dicens: Nẽ

a ✠ Hiero. Perspicua relinquentes, latentia disseramus.

respondeatis ei uerbum. Et ingressus est Helia q
chim filius Helchiæ qui erat super domum, &
Sobna Scriba, & Ioahe filius Asaph à cõmenta

a ✠ More suæ Gentis audita blasphemia.

riis, ad Ezechiam scissis uestibus, & nunciaue r
runt ei uerba Rabsacis. Cap. XXXVII. d

a ✠ Blasphemiam Rabsacis.

b ET factum est cùm audisset rex s

a ✠ Peccato suo irascens quo putabat affligi ciuitatẽ.

Ezechias scidit uestimenta sua,

a ✠ Posita regali veste & purpura.

b ✠ Ad auxilium orationis fugit.

& obuolutus est sacco, & intra t v
uit in domũ domini. Et misit Eliachim qui erat x
super domum, & Sobnam Scribam, & seniores

a ✠ Non stolis. ✠ Habitu miserabili.

de saderdotibus opertos saccis, ad Isaiam filium y
Amos † prophetam, & dixerunt ad eum: Hęc di

tuerunt defendere cultores suos C
contra regem Assyriorum: ergo
deus vester qui vnicus est, vt di
citis, non poterit vos defendere:
sed istud argumentum nullum
est, quia illi non erãt dij veri, sed
falsi & nullius virtutis. deus au
tem verus vnicus est & potentię
infinitæ. p ℂ Et siluerunt de
manda. regis Ezechiæ. Ti
mebant enim ne si respondẽret,
quod Rabsaces multiplicaret ꝑ
ba blasphemiæ contra deum.
q ℂ Et ingressus est Helia
chim filius. vt referret Ezechię
Rabsacis verba. r ℂ Scissis ue
stibus. Hîc erat modus Iudęo- Scindere
rum, quòd scindebant vestimen vestes
ta sua in signum doloris, quan
do contra deum blasphemiam
audiebant. Vnde & summus sa
cerdos imponens Christo, quod
blasphemasset scidit vestimenta
sua, vt habetur Mar. xiiij. g.
✱ historiæ quæ ponitur ī hoc ca. Moraliter
& duobus alijs immediatè sequẽ
tibus sensus mysticus positus est
iiij. Reg. xviij. cap. & xix. & xx. ꝑ
pter quod hîc pertranseo.
ℂ In ca. xxxvj. vbi dicitur in po
stil. Et nũc tradite dño meo, &c. D

ADDITIO. Dictio Hebra.

quæ hîc ponitur, vbi nos habe
mus: Nunc trade te, ꝑriè signi
ficat mixtionem. Et est sensus: Et
nunc admisce te domino meo. i.
fis de societate eius, & ipse dabit
tibi plus de equis quàm tu pote
ris habere de ascensoribus: & pa
tet litera.

NICO. DELY.

CAP. XXXVII.

ET factum est. Hîc
consequenter descri
bitur ipsius Ezechiæ
liberatio. & priò po
nitur eius liberatio ab hoste, se
cundò ab infirmitate ca. sequen.
Prima in duas, quia primò circa
hoc ponitur prophetica denũ
ciatio, secũdò angelica executio,
ibi: Egressus est. Prima in duas se
cundum duplicem denunciatio
nem, secunda ibi: Reuersus est. Diuisio
Prima in duas, quia primò po
nitur Ezechiæ humilis petitio,
secundò, Isaiæ consolabilis re
sponsio, ibi: Et dixit. Circa pri
mum dicitur: s ℂ Et factum
est cum audiuisset rex Ezec.
Eadem causa qua & nuncij sui,
vt dictum est. t ℂ Et obuo
lutus est sacco. id est veste cilici
na humiliando se coram domi
no. Ideo subditur: v ℂ Et in
trauit domum domini. Ad i
psum deprecandum humiliter
& deuotè. x ℂ Et misit Helia
chim qui erat. quia magis con
fidebat de meritis Isaiæ quam de
suis. y ℂ Filium Amos pro
phetã. Ita habent aliqui libri;
quod factum est ab aliquib⁹ cor
rectionibus, cõ quòd iste Amos
fuit propheta, sicut dictum fuit
in principio hui⁹. sed meli⁹ dicit

k ñ ✠ hîc prophetã,

Glos. ordi. Isaiæ Cap. XXXVII. De Lyra

a ¶Pro reliquiis. Iam enim decē tribus adductę, ciuitates Iudę & Bēiamin vastatę. pars etiam inferior ciuitatis in manus hostium tradita ab impio & superbo pōtificē Sobna. b ¶Et dixit. Orationem eorum præueniens, in spiritu cuncta præsciens. c ¶Ecce ego. Q. Non dicam vniuersa quæ Assyrio faciam ne meam videar iactare potentiam. Sed hoc vnum: Ecce ego dabo. d ¶Et inuenit. Pugnasse Sennacherib regem Assyriorum contra Aegyptios, & obsedisse Pelusium, iamq; extructis aggeribus vrbe capiēda, venisse Taracham regem Aethiopiæ in auxilium, & vna † nocte in Ierusalem. dxxxv. milia de Assyrio exercitu corruisse, narrat Herodot⁹ & Berosus Chaldaicæ scriptor historiæ. e ¶Orauit. Iam securior de liberatione. Ante enim ascendit, sed nō legitur orasse: quia pro pctis suis metuebat hæc fore.

☞ Vere

Nicolaus de Lyra.

☞ hîc prophetam, vt referatur ad Isaiam, sicut &. iiij. Regum. xix. in principio, vbi tractat ista historia. a ¶Dies tribulationis & correptionis. scilicet mei & totius populi. b ¶Et blasphemiæ. contra deum. c ¶Dies hæc. scilicet in qua Rabsaces dixerat prædicta quę erāt ad afflictionem regis Ezechiæ & populi & vituperium dei. d ¶Quia uenerunt filij usq; ad partum. in tanta afflictione sumus positi, vt mulier existens in afflictione partus cui deficiunt vires pariendi. e ¶Si quomodo audiat domin⁹ &c. Sic legenda est ista litera ibi incipiendo: Leua ergo ad dominum orationem pro re. quæ repertę sunt. id est pro Iudæis qui remanserunt in regno Iudæ, qui sunt valde pauci comparatiue ad tempora præterita; quia iam decem tribus erant captiuatæ. Si quo modo audiat dominus deus tuus. id est quem tu colis sollicite. f ¶Verba Rabsacis. vt sic moueatur contra Assyrios pro verbis blasphematorijs: & liberet nos ab eis. g ¶Et dixit ad eos Isaias. Hîc consequenter ponitur Isaiæ consolabilis responsio, cùm subditur: h ¶Ne timeas à facie uerborum quæ audisti. id est propter verba Rabsacis. i ¶Quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me. qa verba illa exprimebant deum Israel esse impotentem, eò quòd non posset saluare Ezechiam de manu regis Assyriorum: & sic sequebatur quod esset impotentior homine mortali. k ¶Ecce ego dabo ei spiritum. id est perturbationem mentis. l ¶Et audiet nuncium. de Taracha rege Aethiopum inuadere regnum suum, vt habetur parte sequenti. m ¶Et reuertetur in terram suam ad eam defendendam. n ¶Et corruere eum faciam gladio in terra sua. Hoc non fuit in ista reuersiōe, qua rediit pro defensione terræ suæ, sed in alia

† agendū, corripiendum.

† vice

† literas

a ¶Conquestio. b ¶Nostræ. c ¶Diuinæ.

cit Ezechias. Diēs tribulationis † & correptio a
a ¶Hostium. b ¶Per similitudinem parturientis dolores significant suos. ¶Quasi: Non possumus dicere: A timore tuo concepimus domine, & peperimus spiritum saluris. c ¶Consilia nostra
nis & blasphemiæ dies hęc: Quia uenerūt fi- b c
a ¶Explendi. ¶Quasi: Fortasis audiet. d
lij usque ad partum, & uirtus non est pārien- e
di. Si quomodo audiat dominus deus tuus
a ¶Non audemus dicere nostrum, quem iratum sentimus.
uerbā Rabsacis, quem misit rex Assyriorum f
a ¶Qui vindicare potest. ¶Ad
dominus suus ad blasphemandum deū ui-
uentem, & † exprobrādum sermonibus quos
a ¶Nostram latentem.
audiuit dominus deus tuus. Leua erga ōratio
nem pro reliquiis quæ repertæ sunt. Et uene- a
a ¶Omnes duces regis, serui consiliarij, amici. Vnde ab Absalone dicitur Chusi, Quare non uisti cum amico tuo?
b ¶Nota humilitatem non se prophetam dicit.
runt serui regis Ezechię ad Isaiā. Et dixit ad b g
a ¶Non meo. ¶Meus & eius.
eos Isaias: Hæc dicetis domino uestro. Hæc
a ¶Commationem.
dicit dominus: Ne timeas à facie uerborum h
a ¶Famuli.
quæ audisti, quibus blasphemauerunt pueri i
a ¶Non te.
regis Assyriorum mē. Ecce ego dabo ei spiri- k
a ¶De Tharacha, vt patebit in sequenti. b ¶Chaldæorum
tum & audiet nuncium, & reuertetur in ter- b l m
a ¶Duo dicit, quod desiderabat audire, ipsum scilicet a periculo liberandum, & hostem in terra sua moriturum.
ram suam, & corruere eum faciam gladio in n
a ¶Domino permittente venit, ipso præcipiente recessit.
terra sua. Reuersus est autem Rabsaces, & in- d o p
¶Prætiantem.
uenit regem Assyriorum aduersus Lobnam.
a ¶Iam superata Lachis vbi eum dimiserat. ¶Vbi putabat eum esse. ¶Iam capta vel deserta.
Audierat enim, quia profectus esset de Lā- q
a ¶Sennacherib-
chis, & audiuit de Tharacha rege Æthiopię, di- r
a ¶Nuncios. ¶Hoc scilicet.
centēs: Egressus est, ut pugnet cōtra te. Quod s
a ¶Vt quos non ceperat viribus, sermone terreret.
cùm audisset, misit nunciōs ad Ezechiam, di-
cens: Hæc dicetis Ezechiæ regi Iudæ † lo- t
quentes: Non te decipiat deus tuus, in quo tu v
confidis dicens: Non dabitur Ierusalem in ma
nu regis Assyriorum. Ecce tu audisti omnia x
a ¶Patres mei.
quæ fecerunt omnes rēges Assyriorum omni
a ¶Solus. ¶Ab vno.
bus terris quas subuertunt: & tū poteris libe
a ¶Cultore: suos. b ¶Multi.
rari? Nunquid eruerunt eōs dii Gentium b
a ¶Reges Assyriorum. ¶Sollicet.
quos subuerterunt patrēs mei, Gozan & A-
a ¶Subuerterunt. b ¶Orientalis regionis.
ran & Reseph & filiōs Edēn, qui erant in Tha
¶Gentes vel secundum alios ciuitates.
lasar? Vbi est rex Emath, & rex Arphat, & rex
urbis Sepharuain, Ana & Aua? Et tulit Eze- y
a ¶Epistolas.
chias † librōs de manu nunciorū, & elegit eos, z
a ¶Contra Sennacherib blasphemias, solita arma arripuit.
& ascēndit in domum domini, & expandit e- a b
a ¶Confortatus, Isaia dicente: Ne timeas.
os coram domino, & orāuit ad dominum, di-
a ¶Hominum & angelorum.
cens: Domine exercituum deus Israēl, qui se- c d
des super Cherubim, tu es deus sol⁹ omnium
regnorum terræ: tu fecisti cælum & terram.
a ¶Ergo. b ¶Exaudiendo. c ¶Miserando.
Inclinā domine aurem tuam, & audi. Aperi e
a ¶Vindicando.
oculos tuos, & uide: & audi omnia uerba sen

in alia, qui debellato rege AEthiopum, postea venit in Iudę- G
am ad destruēdam Ierusalem. † angustiæ
Et percusso suo exercitu ab angelo fugiēs, rediit in terram suam, & tunc filij eius interfecerunt eum gladio, vt habetur in fine huius capituli. o ¶Reuersus est autem Rabsaces. Hîc ponitur secunda denunciatio propherica de liberatione Ezechię & populi sui. Et primò circa hoc ponitur comminatio Ezechiæ per regem Assyriorū. Secundò eius deuota oratio coram rege cælorum, ibi: Et tulit Ezechias. Tertiò consolatio et⁹ per prophetam conscium secretorum diuinorum, ibi: Et misit Isaias. Circa primum notatur locus cùm dicit: Reuersus est autem Rabsaces. per acto suo nuncio. p ¶Et inuenit regem Assyriorū aduersus Lobnam. vbi erat forte talicium. q ¶Audierat enim quia profectus esset. ipsa expugnata. r ¶Et audiuit. scilicet Sēnacherib. s ¶De Taracha rege AEthiopiæ. scilicet nuncios, qui ad hoc venerant ad eum, dicentes quod sequitur: t ¶Egressus est ut pugnet contra te. Quod cùm audisset misit nuncios ad Ezechiam, ne glorietur aut asse curetur in aliquo propter recessum Sennacherib de Iudæa, asH serens pro certo, quòd rediret contra eum & populum suum in tanta fortitudine, quòd non posset ei resistere, non solùm virtute humana, sed nec etiam diuina: ideo subditur: v ¶Non te decipiat deus tuus. Et sic blasphemauit deum tanquam falsiloquum & impotentem: † dicentes & ad hoc inducit rationem, cū subditur: x ¶Ecce tu audiuisti. aliās nosti: & est eadem ratio quæ posita est capitulo prę cedenti à Rabsace dicta. y ¶Et tulit Ezechias libros. Hîc cō sequenter ponitur ipsius Ezechię deuota deprecatio cùm dicitur: Et tulit Ezechias. id est accepit z ¶Libros. id est literas regis Assyriorum, qui ei comminabatur literis & verbis ad maiorem assertionē. a ¶Et ascendit in domum domini. ad deuotius deprecandum ex sanctitate loci. b ¶Et expandit eos coram domino & orauit ad dominum dicens. scilicet Ezechias, quia continebant blasphemias contra ipsum vt sic indignaretur contra regē Assyriorum. c ¶Domine exercituum. id est angelorū. d ¶Deus Israel, qui sedes super Cherubim tu es de⁹. Propiciatorium enim quod sedes dei dicebatur sup alas Cherubim ponebatur, vt dictum fuit Exo. xxv. & p hoc designabatur q̄ præerat oi angelicę creaturę. e ¶Inclina domi. i. effe

☞ ctū tuę

☞ a ¶Vere enim domine de. Multis probatur historijs venisse reges Persarum in Græciã, & subuertisse & spoliasse templa. b ¶Et misit. Historia libri Regum & Paralipomenon admiscetur prophetiæ, qa & prophetia de liberatione vrbis, de interitu Assyrij, de reuersione solis, & de annis Ezechiæ additis.

† vt ꝓbris afficeret.

c ¶Filia Ierusalem. Quæ prius non responderat iam certa de vltione, secura de pœna. d ¶Et exicca. Tantus fuit exercitus, vt fluenta exicarent, & iõ puteos, aquę iopia facerent. Sup

Iuuenalis Creditur olim velificatus athos epotaq; flumina in ęgilo prandẽte.

Nicolaus de Lyra.

✠ ętũ tuæ iusticiæ ostende contra Sennacherib te blasphemãtẽ. Cætera patent vsque ibi: a ¶Cognos. omnia regna. Conterendo Sennacherib, qui deos aliarum Gentium destruxit. b ¶Et misit. Hîc consequenter ponitur Ezechiæ consolatio per Isaiam, ruinam Sennacherib de propinquo futurã denunciãdo. Et primò dicta ruina prædicitur, secundò ad hoc signum mirabile inducitur, ibi: Tibi autem. Circa primum dirigitur primò verbum ad Ezechiã, cũ subdit: ¶ Hæc dicit dominus. Cuius verbum non põt esse falsum. d ¶Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Ass. Sunt exaudita. e ¶Despexit te. In corde suo virtutem tuam pro nihilo reputando. f ¶Et subsannauit te. sensibili signo. Subsannatio enim propriè dicitur cõtempt⁹ qui fit per rugationẽ nasi. g ¶Virgo filia Sion. id est habitatio templi in monte Siõ, mihi dilecta sicut filia. Et dicitur virgo propter integritatem fidei, quę semper remansit ibi in aliquibus, & maximè etiam tunc vigebat tpe Ezechię. h ¶Post te caput mouit. Comminando à longe. i ¶Filia Ierusalem. Quæ dicitur virgo & filia ratione iam dicta, quia Ierusalem fuit ciuitas electa ad dei cultum, vt habetur. ij. Paralipo. vj. Consequenter Isaias dirigit sermonem ad Sennacherib, dicẽs: k ¶Cui exprobrasti, & quẽ &c. Comminando & blasphemando ex nimia superbia: Et respondet propheta. l ¶Ad sanctum Isra. id est ad deum sanctificantem Israel. Vel sic: Ad illum quem Israel adorat vt sanctum sanctorum: & sic superbisti contra deum, & non contra hominem tantum. m ¶In manu seruorum tuorũ. vt patet de Rabsace præcedenti capitulo, & de alijs nuncijs à Sennacherib missis, vt habetur ī isto capitulo. Et iste fuit maior contemptus, quàm si Sennacherib hoc fecisset in propria persona, sicut dare alapam alicui per personam vilem, quàm si aliquis notabilis hoc faceret manu ꝓpria. n ¶Et dixisti. Præsumptuosè attribuendo tibi victorias quas diuina virtute habuisti. Ideo subditur: In multitudine quadrigarum mearum. o ¶Ego ascen. altitudines montium. id est Iudææ quæ est terra montuosa. Iuga Libani. i. montẽ Sion C vbi erat templum, quod dicitur hîc Libanus, eò quòd erat ædificatum de lignis Libani, vt habetur. iij. Regum. v. Et loquitur de futuro per modum præteriti, quia præsuperbia credebat certitudinaliter hoc futurum esse, ac si iam fecisset: verũtamen quia realiter non erat factum, ideo subditur per modum futuri: q ¶Et succidam excelsa cedrorum eius, & electas abietes illius & introibo altitudinem sũmitatis eius. Templum enim erat ædificatum, partim de lignis cedrinis, & partim de abiegnis. r ¶Saltum Carmeli eius. ad deprędãdũ animalia quæ ibi depascebantur in magna copia. s ¶Ego fodi & bibi aquam. scilicet puteos & cisternas de nouo. Et causa subditur: t ¶Et exiccaui uestigio pedis mei omnes riuos aggerũ. q. d. Tanta est multitudo exercitus mei in hominibus & animalibus, quòd aquæ præexistentes ibi non sufficerent. v ¶Nunquid non audiuisti. tu Sennacherib. x ¶Quæ olim fecerim. Creando mundum de nihilo. Vel aliter & melius, vt videtur: Quæ olim fecerim. transferendo regna de Gente in Gentem pro voluntate mea: quasi diceret sic, vt ex annalibus & chronicis in conspectu tuo lectis, sicut & de Assuero legitur Esther sexto in aliquibus libris addatur ei. Sed non est in Hebræo, nec quarto Regum decimonono vbi ponitur ista historia: si tamen addatur non est referendũ ad regem Assyriorum, vt aliqui exp positores dicunt, sed ad genus humanum cuius deus transtulit potestates & regna, vt dictũ est. y ¶Ex diebus antiquis. id est ab æterno. z ¶Ego plasmaui illud. id est disposui fiendum quidquid fit successione temporum. a ¶Et nunc adduxi. scilicet victorias quas per patres tuos & te feci propter peccata hominum punienda, secundum quod dicitur supra decimo. b. Vę Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est. b ¶Et factum est in eradicationem collium compugnantium & ciuitatum munitarum. id est principium ad inuicem discordantium: quia aliqui volebãt se reddere, alij verò contradicebant. c ¶Habitatores earum breuiata manu cõtremuerunt, & confusi sunt. potestate eorum diminuta. d ¶Fa fine viristi sunt sicut fœnũ agri, & gra bus men. in quo non est potentia resistendi. e ¶Et herba tectorum quæ exaruit antequam matur. Quæ defecit antequam veniret ad perfectionem. f ¶Habitationem tuam. id est regno tuo. g ¶Et egressum tuum. ad veniendum contra populum meum. h ¶Et introitum tuum. intra Iudæam. i ¶Ego cognoui. id est antè disposui. k ¶Et insaniam tuam contra me. Vt permitterẽ hoc te facere: qa deus nõ est actor mali culpę, nisi tm̃ ꝓmissiuè.

† audistis

nacherib quę misit † ad blasphemandum de
a ¶Non idola, non imagines mortuorum.
[a] um uiuẽtem. Verè enim domine destertas
¶Idem coniiciunt de nobis.
fecerunt reges Assyriorum terras & regio/
¶Idola.
nes earum, & dederunt deos earũ igni. Non
¶Et merito. a ¶Idola & imagines mortuorum.
enim erant dij, sed opera manuum homi/
¶Scilicet. ¶Alias des. ¶Ideo.
num, lignum & lapis & comminuerunt e/
¶Sic.
os. Et nunc dñe deus noster salua nos de ma
¶Sic. ¶Nomini tuo da gloriam.
nu eius, & cognoscant omnia regna terræ, [a]
a ¶Non tuit, quia tam audacter orauerat, nec ad se vt prius miserat.
[b] quia tu es deus solus. Et misit Isaias filius [b]
¶Per nuncios.
Amos ad Ezechiam, dicens: Hæc dicit do/ [c]
minus deus Israël. Pro quibus rogasti me [d]
de Sennacherib rege Assyriorum, hoc est
¶Sententia.
uerbum quod loquutus est dominus super
a ¶O Sennacherib. ¶Quando nuncij Ezechiæ non responderunt nuncijs tuis.
b ¶Non corrupta cultu idolorum.
eum. Dẽspexit te, subsannauit te uirgo filia [e f]
a ¶Fugientem. cxxxv. milibus interfectis.
[c] Sion: post tẽ caput † mouit uirgo filia Ierusa [g h i]
a ¶Ezechias ad Sennacherib. ¶Non mihi, sed deo.
¶Per seruos tuos.
lem. Cui exprobrasti, & quem blasphema/ [k]
sti, & super quem exaltasti uocem tuam, &
¶Proprium superbiæ est supercilia erigere.
† leuasti altitudinem oculorum tuorum?
a ¶Non ad me. b ¶Non tua propria, vt maior esset arrogantia.
Ad sanctũ Israël. In manu seruorum tuo [l]
¶Non mihi.
rum exprobrasti domino, & dixisti: In mul [m]
titudine quadrigarum mearum ego ascen [o]
¶Ierusalem. ¶Id est templum.
di altitudinem montium, † iuga Libani, & [p q]
¶Regez.
succidam excelsa cedrorum eius, & electas
a ¶Potentes reges, Iudæis parentes. ¶Domum domini.
abietes illius, & introibo altitudinem sum/
a ¶Populum. ¶Metaphoricos. Quasi: In transitu reges & regiones subegi cum habitatoribus suis.
mitatis eius, saltũm Carmeli eius. Ego fodi [r]
& bibi aquam, & exiccaui uestigio pedis mei [s t]
¶Populos. a ¶Dominus ad Isaiam. b ¶In spiritu.
omnes riuos † aggerum. Nũnquid non † au [v]
a ¶Ab æterno. b ¶Prædestinauerim. c ¶Ab initio.
d & mittam ex eis qui salui facti fuerint ad i k
a ¶Conuertendas. b ¶Per has omnes mundi partes significantur. l

e Gentes, in mare, in Aphricam & Ly m n
a ¶Lydi enim periti sunt sagittarij.
b ¶Occidentem: scilicet.

diam tenentem sagittam, in Italiam & o p
a ¶Silicet Athenæ.

Græciam, ad insulas longè, ad eos qui q r
a ¶Vnde quibus non est annunciatum de eo videbunt.
¶Scilicet.

non audierunt de me, & non uiderunt s
a ¶Fideles Iudæi. ¶Missi ad nationes.

gloriam meam. Et annunciabunt glo t
a ¶Apostoli.

riam meam Gentibus, & addùcent o v
a ¶Fideles. b ¶O Iudæi.

mnes fratres uestros de cunctis Gen x
a ¶Posita a me & dabo tibi Gen. hæ. tu.

f g tibus donum domino, in equis & in y
a ¶Debiles qui ab aliis portantur. b ¶De quibus: Nolite fieri sicut equus & mulus &c.

h quadrigis & in lectícis & in mulis & z
a ¶Qui auxilio adducti aliorum & morum grauitate ornati, deseruiunt sapientiæ & prædicationi.
b ¶Ecclesiam præsentem & futuram. ¶Prius ad præsentem, post ad cælestem Ierusalem, & hoc est ad mon. sanctum meum.

i in carrucis ad montem sanctum me a
a ¶Quali lætitia scilicet agitur illud quod cum summo gaudio confuerunt facere.

k um Ierusalem, dicit dominus: quòmo a
a ¶Spirituales fructus animæ.
b ¶Corpore immaculato.

l dò si inferant filij Israël munus in uase b
¶Ecclesiam.

m mundo in domum dñi. Et assumam c

C D

a ¶Ego au. Quasi Ideò venio ad iudiciū cū omnibus Gētibus & linguis vt iudicē simul oīa opera eorū & cogitationes, & reddam eis oīa quę merētur. b ¶Linguis. Quę secundū Apostolū non solū hominū sunt, sed etiā angelorū. Vnde intelligimus omnes creaturas ā dño iudicādas non solū super terrā sed & in mari & in cęlestibus. Iuxta illud: Inebriatus est in cælo gladius meus, & vsq; ad terrā descendit. c ¶Et po. e. si. Crucis, Christianitatis, salutis: Quo signati in Ezechiele nō interficiūtur: Quo ī Aegypto postes signant, & Israelitæ saluā tur. Hoc signum. Achaz noluit petere qđ supponit Isaias: Ecce virgo concipiet, &c. d ¶Et m. ex e. Videt esse cōtrariū cū de iudicio prius dictum sit reuerti ad primum aduētū, q; apli ad Gētes dirigunt & audiunt: Ite docete oēs Gen. Sed iudicij dies prędicat, vt meru futuræ pœnæ pterriti, accipiāt aduētū Saluatoris, & aplorū prędicationē qui sunt præmittēdi. e ¶In ma. Mundū. s. cui⁹ partes subdit Aphricā, &c. meridianā. s. plagā in q̄ Aphrica est. f ¶In e. In eg̃s fūt adducti, q; velociter credūt & citò ad fidē currūt. g ¶In qua. & ī le. Philosophos. s. & doctrina & morū honestatē fulgētes, vñ citius ad doctrinā q̄tuor Euāgelistarū puenerūt & q̄tuor principalib⁹ virtutibus subleuari cælestia mente attigerunt. h ¶In m. Sup q̄s Dauid & Salomon sedisse legūtur: Qui em̄ ā mūdi fœtu steriles fūt domino q; pillos figurāt, q̄si mansueti deseruiūt. i ¶In carr. LXX. tectis vehiculis, alij simpliciter vehiculis. Hi sunt quibus dicit: Inuicē onera vestra portate. k ¶Quō. Q. Cū tanta lętitia ad ducunt apli fratres vestros quorū munera, fides, spes, charitas, oratio mūda, bona opa & cætera vasa pura corda & corpora immaculata. l ¶Inse. qđ secūdū legē ter in anno faciebāt. s. in Pascha, ī Pētecoste, in festiuitate Taberna culorū. vñ: Non apparebis in cōspectu meo vacuus. m ¶Domum domi. Templum dei sanctū est, qđ estis vos. Et alibi: Templū dei estis & spūs sctūs habitat eorū nō extinguet. Et istud qđ dictū est de idolatria idolorū, referēdū est ad illos q captiuitatē Babylonicam prœcesserūt, vt. s. dictū est: Et qđ subdit ad eos q post fuerūt: qa tñ isti & illi fecerunt vnū ppm, sub eodē cōtextu de primis cedit ad posteriores, cū dicitur: a ¶Ego au. ope. eo. i. rapinas & homicidia ex odio fraterno, pcedentia, quæ vicia viguerunt in ipsis, vt dictum est suprà. b ¶Et cogitationes e. ad interficiendū Christum, & etiā Lazarum resuscitatū, eò qđ ppter eū multi credebāt in Christū, vt dicit Ioh. xj. & xij. & post resurrectionē Christi & ascensionē idē machinati sunt contra apostolos aliosq; fideles. c ¶Venio. ad iudiciū extremū. d ¶Vt cōgre. i. in manifesto ponam simul. e ¶Cū omni. Gen. & lin. qa illud erit iudicium generale, & pctā omnium erunt manifesta singulis, vt diuinum iudicium appareat iustum. f ¶Et ue. omnes ad iudicium, quia nullus subterfugere valebit. g ¶Et uide. glori. me. quia Christus ī iudicio apparebit ī forma humanitatis gloriosa, cui⁹ tamen aspectus erit terribilis & tristabilis reprobis & delectabilis iustis. h ¶Et ponam in eis signum. s. sanctæ crucis, secūdùm quod dicitur Matt. xxiij. c. Tunc apparebit signum filij hominis in cęlo, quod exponunt Origenes & Chrysostomus de signo crucis mirabiliter radiante in iudicio ad gloriam fidelium, & confusionem reproborum, & maximè eorum qui eum crucifixerunt manibus siue linguis, ideò dicit Matt. xxiij. c. Et tunc plāgēt oēs trib⁹ terræ. i. aliq ex oib⁹ Gentib⁹. i ¶Et mittam. Hîc vltiò ponitur simul aliquid pertinēs ad iudicium discussiōis, præmittit tñ illud qđ ptinet ad iudiciū discretionis. Et subdit illud qđ ptinet ad iudiciū retributionis, ibi: Quia sicut ce. Iudicium autē discretionis separādo fideles ab infidelib⁹ factū est executiuè p prædicationē apostolorū aliorūq; discipulorū primò Christo credentiū. qui omnes vel ferè oēs fuerunt Iudęi. & secundū hoc dicitur: Et mit. ex e. q sal. alijs ī infidelitate pmanentib⁹ cuiusmodi fuerūt apli & alij discipuli. k ¶Ad Gē. i. ad Gētiles cōuertēdos. Sic em̄ dixerit Paulus & Barnabas Iudęis obstiatis Act. xiij. g. Vobis oportebat primū loq; verbum dei, sed qm̄ repellitis illud, & idignos vos iudicatis ętternæ vitæ, ecce cōuertimur ad Gentes: sic em̄ præcepit nobis dñs. l ¶In m. i. ad habitantes in insulis maris, ī q⁹ publicata est fides catholica. primò p Barnabā & Paulum, vt patet in Actibus apostolorū, & postea p alios prædicatores in diuersis insulis maris.

†uenit. s. tē pus

m ¶In Aphricam. qa beatus Matthęus prędicauit in Æthiopia, & Marcus in Alexandria quæ sunt in Aphrica. n ¶In Lydiam. in qua p rædicauerūt etiā alij. o ¶Tenentem sa. in Itali. Petrus enim & Paulus prædicauerunt Romæ quæ est caput Italię. Et dicuntur hîc tenentes sagittam quia multi discipuli Christiani fuerūt facti sub eis Romæ, q⁹ tamq̄ sagittas dñi miserit in ptes longinquas ad prędicandū, vt Dionysiū ī Francia. Marcū in Alexandriā, & sic de multis alijs. Quod autē prædicatores verbi diuini sagittæ dicantur patet suprà. xlix. a. Posuit me q̄si sagittā electā, &cæte. p ¶Et Græciā. in q̄ Paulus prędicauit. s. Athenis & multis alijs locis. & Iohannes Euangelista in Epheso.

q ¶Ad insu. Iō. vt dictum est suprà de Paulo & Barnaba. r ¶Ad eos q nō au. de m. i. ad Gentiles legē & prophetas non habentes, in quib⁹ fit mētio de Christo venturo. s ¶Et nō uiglo. me. qa non viderunt Christum docentem & miracula facientē, sicut viderunt Iudæi. in quorū terra prædicauit in propria persona & fecit multa miracula, vt patet ex decursu Euāgelij; ppter quod dicit Matthę. xv. c. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. t ¶Et annunci abunt gloriam meam Gentib⁹. sci. gloriam meæ resurrectionis & ascensionis, & miracula ī nomine meo faciendo ad confirmationem sui sermonis: Et subditur fructus huius doctrinę, cùm dicitur: v ¶Et adducēt o. fra. ue. i. Christianos. x ¶De cū. Gē. fidem Christi recipiendo. y ¶In eqs & in. Non est per hoc intelligendum, quòd talis adductio sit per motum localem & instrumenta corporalia, quod patet p hoc quod subditur: Ad mōtem sanctum meum Ierusalem, quia eadem ratione hîc acciperet Ierusalem & mons Sion ad literam pro ciuitate & templo materialibus, quod non potest dici, quia non posset ibi congregari totus populus Christianus, immo nec etiam Iudaicus per orbem dispersus. & ideò talis adductio seu congregatio intelligenda est in vnitate fidei & charitatis, de qua dicit Saluator Matt. xviij. c. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ī medio eorum sum. Et p varios vectur̄ modos, cū dicit hîc: In eqs & in q. intelliguntur ministeria apostolorū, & adiutoria angelorum quib⁹ ī fideles adducti sunt ad fidē, ita q⁹ p eqs & q̄drigas sc̄d'm Hiero. intelligūt auxilia angelorū, eò q⁹ Elias eqs igneis & curru igneo legit raptꝰ ī cælū. iij. Reg. ij. & hoc ministerio angelico. Per lecticas & mulos & carrucas intelliguntur ministeria apostolorū, secūdū tria quę ī eis fuerit ad cōuersionē fidelū. s. fcta cōuersatio, sana prędicatio, & p miracula cōfirmatio. z ¶Ad montē. i. ecclesiā militātē, vt dictū est suprà ca. ij. a ¶Quō si in fi. Isa. i. apli q fuerit Israelitæ genere. b ¶Munus in uase mundo. sic supple accepta est coram deo conuersio infidelium per laborem eorum, immo multò plus, quia sacrificium deo acceptissimum est zelus animarum: c ¶Et assumam ex eis. Id est ex Gentibus.

habitat in vobis. a ¶ Quia sicut cæ. Quasi: Sicut hæc innoua
E ra in æternum manebunt immobilia, sic semen vestrum ò Apo
stoli innouatum ab omni corruptione carnis in æternũ mecum
regnabit. ¶ Quia sicut cæli noui. Hæc vsq; ad finem libri per
tinent ad diem iudicij. b ¶ Mensis ex men. Mene Græcè, La
tinè luna vñ neomenia, q̃si noua luna.
A mene mẽsis, apud illos q̃ initiũ kalẽ
darũ, non secũdũ solis cursum & diuer
sa spacia mensiũ, sed secũdũ lunę circũi
tũ & terminant & incipiũt, qd' Hebræi
faciũt. Per mensem ergo lunam: q lunã
(quæ modò crescit modò decrescit, &
sicut aiũt Physici & Philosophi à sole
qd' non habet lumen recipit) ecclesia i
telligit. de q̃: Permanebit cũ sole & añ
Psal. 71. a. lunam. Et alibi: Pulchra vt luna, electa
Cant. 6. d. vt sol. & hoc est, erit mensis ex mense.
c ¶ Et egredientur. electi q̃si ad vidẽ
dum non loco sed intelligentia vel vi
sione manifesta, vt ad laudem dei ma
gis accendant. d ¶ Et uide. Non mirũ
si sancti iam immortales reprobos vi
deant, cũ prophetę adhuc mortales hęc
oia videre meruerunt. e ¶ Cadaue.
qa in æternam damnationẽ cadẽt, secũ
dũ qd' & dæmones cadauera pñt dici,
secũdũ q̃ etiã hoies appellantur. vnde:
Matt. 13. d. Inimic' homo hoc fecit. f ¶ Vermis
Prou. 25. c. eo. Materialis vel cõscientiæ, vñ: Sicut
tinea comedit vestimẽtũ, & vermis cor
rodit lignũ, & ignis deuorat ligna, sic
mœror & tristicia excruciat cor viri.
g ¶ Ad satietatẽ. qa. s. boni videbũt
eos à se iusto dei iudicio segatos, amis
sa potẽtia qua sęuiebãt contra bonos,
Apoc. 6. c. & vindictam dei i illos tãtã, vt maiorẽ
✠ quòd F nõ exposcãt. Qui modò dicunt, Vsque
quo dñe non vindicas sanguinem no
† Mar. 9. g. 29. q. 3. cap. quoniam. c strũ? Satiabunt quoq;, de beatitudine
sua agentes gratias visa impiorum inef
fabili pœna. *Nicolaus de Lyra.*

† opprobri um vel nau sea.

✠ a ¶ In Sacerdotes. quia plures ex
ipsis etiã à tempore apostolorũ ordina
ũ sunt episcopi & ecclesiæ ministri. vt
patet de beatis Clemente & Dionysio & multis aliis. Et hoc etiam
dicit quædam glossa Hebraica, Exod. xij. g. super illud: Hæc est re
ligio Phase, &c. Et sequit: Eadem lex erit indigenę & colono, qui
peregrinatur apud vos: Glossa. Futurum est, vt cõuersi de Gen
tibus, sint Sacerdotes domino ministrantes. b ¶ Quia sicut cæ.
Hîc consequenter subditur id quod pertinet ad iudicium retribu
tionis: & primò quo ad bonos, cũ dicitur: Sicut cæli no. quia à
statu illi' innouationis futurę: de q̃ suprà dictũ est, in perpetuũ nõ
mutabuntur. c ¶ Sic stabit semen uestrũ. id est adducti ad fi
dem per vos qui sunt de numero electorum. d ¶ Et nomẽ ue
strum. id est apostolorum in perpetuum de ciuitate cælesti, ideò
subdit. e ¶ Et erit mensis ex mense, & Sabbatum ex Sab
bato. id est perpetua quies & duratio, quæ non possunt à vobis
exprimi nec capi nisi per nomina & verba differentias temporis
significantia: & hoc modo de ęternitate dei dicit Apoca. j. b. Qui
est & qui erat & qui venturus est. Aeternitas tamen durationis de
signatur per hoc quod dicitur: Mẽsis ex mẽse. Et ęternitas quie
tis, cùm dicitur: Sabbatum ex Sabbato. Sabbatum enim quie
tem significat in Hebręo: f ¶ Veniet omnis caro. Id est omnis
homo existens de bonorum numero, eo modo quo dicitur suprà
xl. a. Videbit omnis caro pariter quod os domini locutũ est, vbi
translatio. LXX. habet: Videbit omnis caro salutare dei nostri,
vt adoret coram facie mea, quę clarè videtur in patria. Consequẽ
ter ponitur retributio malorum, simul cũ retributione bonorum
cùm dicitur: g ¶ Egredientur. scilicet beati, non per loci muta
tionem, sed per considerationem. h ¶ Et uidebũt cadauera. i.
corpora damnatorum in gehenna. Et qd' iste sit intellectus, patet
per hoc qd' subditur: i ¶ Vermis eorũ nõ mo. qa vermes cor
pora mortuorũ corrodẽtes in sepulcris citò deficiunt cũ eis, & in
puluerem conuertuntur. k ¶ Et ignis eorum non extingue.
Ex quo patet qd' dictum est, scilicet de cruciatu corporum damna
torum in igne inferni, qui est inextinguibilis. l ¶ Et erunt us
que ad satietatem. Id est repletionẽ & perfectiõem. m ¶ Visio
nis omni carni. Id est omni homini beato, non sic intelligen
do, quòd beati delectentur per se in pœnis damnatorum, sed An beati
quia talis intuitus damnatorũ declarat eis diuinæ iusticię exerci- gaudebunt
tiũ, & diuinæ misericordiæ beneficium, quo pœnas illas euaserũt de pœnis
& proprię gloriæ augmentũ: inquantũ maior apparet, cõparata malorum.
ad suum contrarium, qa appositis iuxta
se contrarijs maiora & minora vident.
j. Elenchorũ. & ex istis tribus beati per se
lætanť secundũ qd' dicit Psal. lvij. b. Læ
tabitur iustus cũ viderit vindictã. Ecce
primum: Manus suas lauabit in sanguĩe
peccatoris inquantũ dei misericordia sa
ctus est immunis ab illis pœnis. Ecce se
cundum. Si utique est fructus iusto. Ac
cipitur hîc si pro qa. qa p hoc apparet
maior fruitio propria. & sic totũ cedit i
gloriam electorum. & ipsius dei pricipa
liter. Cui est honor & gloria in seculase
culorum Amen. ¶ In capi lxvj. vbi
dicitur in Postilla.

a ¶ Iudæis. ¶ Vel ex vtrisq;. ¶ Gentibus con
uersis reprobato ministerio Iudæorum. b ¶ Se &
alios sanctificantes. ¶ Apostolos & apostolicos vi
ros. c ¶ Assumptos de mundo in ministros dei.
¶ Qui in abscondito non sequuntur seriem generis
sed ordinem fidei.

a ex eis in Sacerdotes & Leuitas, dicit dominus: quia sicut cæli noui & terra noua quæ ego facio stare coram me, dicit dominus, sic stabit semen uestrum et nomen uestrum. Et erit mensis ex mense, & Sabbatum ex Sabbato. Veniet omnis caro, ut adoret coram facie mea, dicit dominus. Et egredientur, & uidebunt cadauera uirorum qui preuaricati sunt in me. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur & erunt †usque ad satietatem uisionis omni carni.

a ¶ Aerei. b ¶ Secundum figuram innouati.

a ¶ Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. b ¶ Immobilia.

a ¶ O apostoli.

a ¶ Liberatum a seruitute corruptionis. ¶ Filij spirituales. b ¶ Filij dei. b ¶ O apostoli. c ¶ Caritatinum, cui aliud non succedit.

a ¶ Ecclesia scilicet cælestis, constructa ex præsenti. ¶ Spiritualis. b ¶ Carnali. ¶ Vt scilicet transeuntis diebus, in quibus factus est mũdus, in vero Sabbato quiescamus. c ¶ Sabbatizamus qui reseruatur populo dei. ¶ Quasi: Ille quiescet in futuro, qui hic quiescit a malo opere.

a ¶ In die iudicij. b ¶ Omnes Gentes quascumque feci, ve. & ado. &c. ¶ Et videbit omnis ca. fa. dei nostri. ¶ Sancti cum corporibus suis. ¶ Etiam mali, territi dei omnipotentiam adorabunt.

a ¶ Omnium reproborum. b ¶ Legem naturalem vel scriptam. ¶ Præuaricantes repu. om. pec. ter.

a ¶ Materialis vel conscientiæ. b ¶ Sic nec materia eius.

a ¶ Materialis vel conscientiæ. b ¶ Quia semper erit ei quod consumat. scilicet mali perdurantes in pœnis.

a ¶ Reprobi electis. b ¶ Lætabitur iustus cum viderit vind.

a ¶ Sanctis.

ADDITIO.

Hæc dicit dominus. In hoc ca. vltimo propheta agit de his quę primo. c. tractauit. s. de reprobatione Iudæorum & Gentium vocatione, & de imperfecti one seu euacuatione quorũdam conten torum in ve. lege: quæ ad cultum dei p. tinere videbantur: vt sic reprobatio pri mi status nõ solũ attribuatur peccatis Iu dęorum, sed etiam imperfectiõi legis an tiquę. de q̃ apostolus ad Heb. viij. c. Qd' autem antiquatur veterascet, & propè interitum est. Et similiter concludit in fine cap. de statu finali iustorum, & sup plicio reproborum. Circa quæ octo ha. H cit. Primum ostendit imperfectionem le gis circa determinationem solius vnius templi ad diuinum cultũ. de quo dicit: Hęc dicit dominus: Cęlũ sedes mea est, & terra scabellum pedum meorum: quæ est ista domus quam ædificabitis mihi? Licet enim templum à Salomone ædifi catum, similiter & templum secundum ad diuinum cultum pertinerent: nõ ta
men huiusmodi domus materiales capaces sunt dei, vt fortè (pro ut habetur in glossa) aliqui stulti seu nescientes estimabant: non autem sapientes. Nam vt dicitur in. iij. Regum. viij. c. Si enim cæ lum & cæli cælorum te capere non possunt, quantò magis dom' hæc quã ędificaui? Et hoc est quod dicit propheta: Cęlum est sedes mea, &c. quæ est ista domus quã ædificatis mihi? q. d. Ista non suffi cient ad habitationẽ meam: Quæ quidem imperfectio per legem nouam fuit ablata. in qua non fuit tantũ vnus locus deputat' ad diuinum cultũ. vnde Iohan. iiij. c. dicebat Christus Samaritanæ: Venit hora, quãdo nec in monte hoc, nec in Ierosolymis adora bi. pa. &cæ. Vnde habitatio dei prout in lege noua declarat. prin cipaliter consistit in corde ad hoc disposito. vnde Ioh. j. b. Habita uit in no. s. in recipiẽtibus Christum p veram fidem: & hoc est qd' dicit propheta. Ad quẽ autẽ respiciam nisi ad pauperculum & cõ tritum spiritu? q. d. Habitatio mea non est in domo materiali, sed in creatura rationabili quę est dei capax. cũ p veram humilitatem & contritionem ad hoc disponitur. vnde in Psal. Cor contritum Psal. 50. d. & humiliatum deus non despicies. Sancti enim & iusti in noua lege templum dei dicuntur. primæ Corinthi. tertio. d. Templum dei sanctum est quod estis vos. Possunt tamen ista verba: Ad quẽ autem respi. & cæt. principalius & magis propriè exponi de Chri sto, in quo habitat plenitudo diuinitatis, vt dicitur ad Colossen. secundo. b. Qui pauper & humilis corde, non soltm simpliciter sed exemplariter fuit. vnde Matthæi. vndecimo. d. Discite à me, &cæte. Similiter & trementem sermones meos scilicet per sum mam obedientiam vsque ad mortem crucis, vt ad Phili. secundo a. Quasi dicat Inter omnia quę manus mea fecit, & vniuersa quę facta sunt: de quibus statim suprà fecerat mentionem: hæc est p. pria sedes mea & quies scilicet Christus pauperculus: non illa quã ædificatis. ¶ Consequenter secundò posquã ostẽdit imperfectio nẽ legis, antiquæ quo ad tẽplum materiale, hîc consequẽter oñdit ipsius iperfectionẽ q̃ ad sacrificia in templo oblata. de q̃ dicit: Qui immolat bouem quasi q interficit virũ, &cę. put i glo. Sacrificiũ

A vestrum non placet mihi post immolationem veri sacrificij,in cuius vmbra illa sacrificia vobis cõcessi.Hęc enim habentur in glossa, secundùm quam glossam continuantur hæc verba ad istud quod immediatè dixerat: Ad quem autem respiciam ? quasi dicat ad illum scilicet pauperculum supradictum respiciam ,nõ solùm vt templum meum, sed etiam vt munus mihi suauissimè oblatum.iuxta illud ad Ephes.v.a.Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam &c. Post hoc sacrificium , qui immolat bouem , quasi qui interficit virum : quia post Euangelij publicationem talia sunt pestifera,prout in Postilla,& exponantur cætera prout ibidem vsque ibi : Audite verbum domini.

¶ Vbi consequenter tertiò propheta declarat falsum motiuum, quod Iudęi habuerũt,vt in abominationibus prædictis permanssillent,& infert eorum confutationem. Ad cuius declarationem sciendum,quòd prædicta duo quæ sunt de principalioribus fundamentis fidei legis nouæ.Quorum primum est,quòd deus dicitur propriè habitare in Christo homine singulariori & excellentiori modo quàm in aliqua alia re, scilicet per vnionem personalem.de quo dicit: Ad quem autem respiciam? &c. vt fuit expositum. Secundum est, quòd sacrificium Christi fuit deo acceptissimum.propter quod dicitur : Qui immolat bouem &c. Ista & similia quæ sunt vera fidei fundamenta Iudæi existimant esse valde derogatoria diuinæ excellentiæ.Primum enim credunt implicare, quòd creator sit creatura . Secundum verò quòd diuinitas sit passibilis seu corruptibilis:quorum vtrumque esset manifestè derogatorium diuinæ excellentiæ,si sic intelligeretur,vt ipsi falsè existimant.vnde in hoc loco propheta dirigit sermonem ad discipulos Christi qui reuerenter susceperunt eius verbum & doctrinam,dicens: Audite verbum domini,qui tremitis verbum eius:dixerunt fratres vestri scilicet Iudæi infideles qui fratres sunt secundùm carnem , odientes vos & abiicientes propter nomen meum,quia Iudæi tantum odium conceperunt de Christo quòd inter se statuerunt,vt si quis confiteretur nomen Christi,extra synagogam eiiceretur.& sic de eis propriè dicitur:Abiicientes vos
B propter nomen meum. Quid autem dixerunt hi fratres odientes subdit,cùm dicitur:Glorificetur dominus,quasi dicant.Absit quòd de deo glorioso talia dicantur scilicet quòd sit homo verus.Similiter & quod sit in sacrificio oblatus, quia ista prout ipsi falsè concipiunt sunt contra diuinam excellentiã , vt dictum est: Quos propheta confutat,dicens in persona sui & iustorum.Et videbimus in lætitia vestra,q.d.veritas prędicatorum elucidabitur in euentu.Primò,quia videbimus in lætitia vestra,scilicet discipulorum,prout infrà eo.ca.declarat vbi dicitur:Lętamini cum Ierusalem,vt ibidem exponẽt. Secundò pro confusione fratrum odientium prædictorum dicit:Ipsi autem confundentur.de qua confusione statim subdit:Vox populi de ciuitate,&c. ¶ Circa quod sciendum,qđ in destructione templi secundi tria maximè aduersantia Iudæis concurrerunt. Vnum,ſ. q; ciues eorum adinuicem odientes se interficiebant,prout dicit Iosephus.de quo dicit:Vox populi de ciuitate.Secundum erat,q; in templo occurrerunt multa signa diuinæ reprobationis,vt cùm velum templi scissum fuit Mat.xxvij.& alia multa quæ in Thalmud narrantur ad hæc pertinentia,de quo intelligitur illud:Vox de templo. Tertiũ est vox Romanorum exequentium diuinam iusticiam.de quo dicit:Vox dñi reddentis retributionem inimicis suis,& sequitur:Antequàm parturiret peperit.Vbi consequenter quartò propheta agit de natiuitate illius pauperculi.ſ.Christi,de quo antè dixerat:Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum?de quo denunciat, q; eius natiuitas de beata ỹgine fuit maximè admirabilis.& ideò subdit: Quis audiuit vnquam tale,aut quis vidit huic simile ? Subiungit etiam propheta de regeneratione fidelium,di . Nunquid parturiet terra?& exponatur totum sicut in Postilla. Subdit etiam ,propheta de generatione æterna dicens:Nunquid ego qui alios parere facio,ipse non pariam?Qui quid perfectionis est in creaturis, peramplius & perfectius in deo inuenit̃ secluſa quacũq; imperfectione,vnde hæc expositio quæ datur à sanctis doctoribus,vt in Postilla non videtur esse mystica sed literalis: Nam paternitas & filiatio per prius & magis propriè dicuntur in diuinis,quàm ī creaturis.Iuxta illud apostoli ad Ephe.iij.c.Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi,&c. ¶ Consequenter quintò dicit:Lætamini cum Ierusalem,&c.vbi extensè declarat illud quod prius discipulis Christi dixerat:Videbimus in lætitia vestra,exponatur totum sicut in Postilla. ¶ Consequenter sextò declarat extensè punitionem fratrum odientium & abiicientium discipulos Christi propter nomen eius,de quibus dixerat.suprà. Ipsi autem confundentur.& de hoc agit cum dicitur:Et indignabitur inimicis suis.vsq; ibi : Simul consumentur dicit dominus. & exponatur totum sicut in Postilla.Et notãdum q; ex hoc qđ dicitur hîc:

Tria aduersa Iudęis in destructiõe templi secundi.

Qui comedebant carnem suillam,&cæ.Simul consumentur . Expositores Heb.credunt se habere efficax argumentum ad hoc qđ C Comedere carnes suillas.
status Christianitatis consummandus est tẽpore sui Messiæ inaniter expectati,eò q; Christiani vescuntur carnibus suillis,nõ tamen Iudæi nec etiam Saraceni . Sed falsitas eorum declaratur in glos. maiori super Gene .vbi expressè habetur , qđ omnia quorum esus erat illicitus in veteri lege debebant esse licita ad esum tempore Messiæ,& specialiter hoc dicunt de porco. vnde hoc quod dicitur:Qui comedebant carnem suillam , exponendum est prout in Postilla. ¶ Consequenter septimò dicit : Ego autem opera eorũ. In quo videtur ostendere exordium apostolicæ doctrinæ, scilicet quomodò processit post resurrectionem Christi.Quod cõtinuatur ad prædicta,specialiter ad illud quod dixerat:Peperit Sion filios suos.Ad quod sciendum,qđ prout legitur in Actib9 apostolorum.ij.co tempore quo spiritussanctus descendit in apostolos Christi,erant in Ierusalem habitantes viri religiosi ex omni natione quæ sub cęlo est:qui omnes viderunt gloriam dei,inquãtũ videbãt ipsos apostolos loquẽtes varijs linguis magnalia dei, quod non nisi virtute diuina fieri poterat . & hoc est quod dicitur hîc: Ego autem opera eorum & cogitationes eorum scilicet Iudęorũ volentium supprimere fidei veritatem . vnde & apostolos & discipulos intantùm persequebantur , qđ omnes erant congregati propter metum Iudæorum in eodem loco:& sic deus ex operib9 & cogitationibus prauis Iudæorum bonum elicuit scilicet congregare apostolos cum omnibus Gentibus & linguis, vt viderẽt gloriam dei modo prędicto.Et in hoc quod dicitur:Cum omnibus Gentibus.intelligatur distributio pro generibus singulorũ, prout in multis alijs locis. Et sequitur: Et ponam in eis signum scilicet in discipulis,signum sanctæ crucis,quia crucifixum cõmuniter prædicabant,vel signum id est miracula,vel signa quæ ī nomine Christi faciebãt.iuxta illud Mar. vlt.d. Signa ãt eos qui crediderint hæc sequentur.In nomine meo dæmonia ẽjcient, &cæ. Et mittam ex eis qui saluati fuerint,vbi in Hebræo habetur: Qui euaserint:quia apostoli & discipuli quasi fugiẽtes euaserunt de p̃secutione Iudæorum ab Ierosolymis ad Gentes scilicet ad Gentiles.Exponantur cætera,,put in Postilla vsq; ibi ; Et adducent ioẽs fratres vestros.Quod videtur exponendum de martyribus Christi,qui in diuersis partibus mundi fuerunt pro testimonio dei interfecti,quorum corpora seu ossa adducuntur frequenter de cun D ctis Gentibus.In equis,& quadrigis,&cę. scilicet honorifice & diuersis & varijs modis:ad montem sanctum meum Ierusalem scilicet ad ecclesiã.Quomodò inferant filij Israel munus in vase mũdo in domũ domini, quia tanta veneratio fit reliquijs sanctorum in ecclesia , sicut olim fiebat in templo , cùm aliquod munus solennissimum ibi offerebatur.Et hîc innuit propheta tertium pertinens ad perfectionem noui status . In veteri enim lege corpora seu ossa mortuorum erant immunda intrantùm, qđ contaminabantur sacerdotes per contactum mortuorum,vt Leui.xj.a.Sed in noua lege hoc non habetur,immo reliquiæ sanctorum in altaribus ponuntur.Cuius differentiæ ratio potest esse , quia animæ defunctorum in veteri lege quantumcũq; sanctæ fuissent,separabantur tamen à visione diuina.vnde & corpora eorum meritò se paranda erant à sanctuario:cuius oppositum est in noua lege, in qua animæ sanctorum beatificè deo coniũguntur .vnde ad perfectionem sui status pertinent prędicta. ¶ Consequenter octauò dicitur.Et assumam ex his Sacerdotes & Leuitas.In quo innuitur quartum pertinens ad status nouæ legis perfectionem, inquantũ Sacerdotium ipsius se extendit ad omnes Gentes,& non coartatur ad certam tribum, sicut in veteri lege.Quæ quidem extensio pertinet ad perfectionem,sicut noua lex perfectior est quæ obligat omnes , quàm lex vetus quæ tantùm obligat populum antiquum. ¶ Et in hoc etiam ostenditur translatio legis antiquę ad nouam,iuxta illud Hebr.vij.b.Trãslato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat:quod tamen Hebræi fatuè negant,de quo nõ est ad præsens agendum.Cętera exponantur prout in Postilla.

Finit Postilla uenerabilis patris fratris Nicolai de Lyra super Isaiam prophetam,una cum additionibus domini Pauli Burgensis ac Replicis magistri Matthæi Thoring ordinis minorum.

Britonis In præfationem expositio

Incipit expositio deuoti fratris Britonis ordinis minorum super prologum Ieremiæ.

IEremias prophe. Istū prologū dirigit Hieronimus ad Paulam & Eustochium, ad quarum instantiā transtulit librum istum. Diuiditur autē iste prologus in quinq; particulas: in quarū prima dicitur qđ licet iste ꝓpheta cæteris ꝓphetis simplicior videat in verbis, tamen in sensibus est æqualis. Vñ dicit Hiero. Ieremias propheta, &cę. In secunda parte simplicitatis huiꝰ rationem assignat, in qua eū multipliciter cōmendat, & ista pars incipit, ibi: Porrò simplicitas eloquij, &c. In qua cōmēdat à tribus. primò à dignitate, ibi: Sacerdos ex Sacerdotibus. secundò à priuilegio gratiæ ibi. Et in matris vtero sanctificat, tertiò à status perfectione, ibi: Virginitate sua, &c. In tertia ꝓte q̄tuor exprimūt. s. ꝓpheticę tps, materia & locus, & ꝓpheticę lamētationis modus. Tps ꝓpheticę exprimitur, cū dicit: Hic vaticinari exorsus est puer. Materia, ibi: Captiuitatem vrbis atq; Iudę, &c. Agit em̄ de captiuitate duarum tribuū. Locus tangit cū dicit. vñ: In Iuda tm̄, &c. Lamētatiōis modus tangit ibi: Et ciuitatis suæ ruinas, &c. Et qa lamētatio metricè scribit in Heb. dicit q̄ secundum mensuras metri & versuū distinxit sententias in Latino, ibi: Quod nos mensuræ metri, &c. In quarta tangit modus agendi in libro isto cū dicit, Propterea ordinē visionū, &c. Vltimò dicit q̄ qa librū Baruch omiserat, cūq; librū istū ad petitionē earū trāstulerat, contra se æmulos ꝓuocabat, quos silendo cōpescere rectuꝰ erat, ibi: Librū Baruch, &cę. Litera satis plana est. b ¶ Rusticior. i. simplicior: & huic expositioni concordat litera sequēs. scilicet, Porrò simplicitas eloquij. Aliq tamē exponūt, Rusticior. i. rudior, qa non plano sermōe loqt̄ sicut Isaias, sed sub figuris. c ¶ Sensi. par est. qppe q eo. spi. ꝓphe. Sed contrā Hieronymus dicit i glossa in principio Isaię: Nemo me puteꝫ Isaiam breuiter posse exponere cū vniuersa domini sacramenta contineat: sed illud nusq; legitur de Ieremia: ergo non videt sensibus esse par Isaiæ. Item in principio Ezechielis dicit glossa Hieronymi: Ezechielis difficultatē Hebręorum monstrat traditio: Nisi enim quis apud eos Sacerdotalis ministerij dignitatē, id est. xxx. annos impleuerit, nec principia Geneseos nec Cantica cāticorum, nec exordium Ezechielis vel finem legere permittitur vt ad plenam sententiam & mysticos intellectus plenum humanæ naturæ tempus accedat, sed hoc nusq; de Ieremia legitur quomodò ergo dicit sensibus par? Respō deo: Par sensibus dicitur, quia vtrobique de Christo & de captiuitate duarum tribuum propherizatur: stylus tamen profundior in alijs inuenitur. d ¶ Anathotites. i. de Anathot. e ¶ Viculus. scilicet Anathot. f ¶ Est usq; hodie distans tribus milibus. Id est tribus miliaribus. g ¶ Sanctificatus. Vnde Iere. j. b. Anteqū exires de ventre sanctificaui te. quod de alijs nō legit. h ¶ Virgi nitate sua Euangelicum uirum. Id est Euangelica perfectione prædictum.

Diuisio

An Ieremias æqualis Isaię.

Colonię

Incipit præfatio in Ieremiam prophetam.

HÆc interpretatio Hieronymi est. Si quid in ea nouerit, secundum Hebræos codices exploretur. Alia est Septuaginta interpretum ecclesiis usitata. Quæ quamuis nonnulla aliter habeat quàm in Hebræis codicibus inuenitur, tamen utraque, id est secundum Septuaginta & secundum Hebræam, apostolica autoritate firmata est, non errore neque reprehensione superiori, sed certo consilio Septuaginta nonnulla aliter dixisse uel contexuisse intelliguntur. Quod ideò præmonemus, ne quisquam alteram ex altera uelit emendare. Quòd singulorum in suo genere ueritas obseruanda est.

Incipit prologus sancti Hieronymi in eumdem.

IEremias propheta cui hic prologus scribitur, sermone quidem apud Hebręos Isaię & Hosee & quibusdam aliis prophetis uidetur esse rusticior, sed sensibus par est, quippe qui eodem spiritu propheta uerit. Porrò simplicitas eloquij à loco ei in quo natus est accidit. Fuit enim Anathotites, qui est usque hodie uiculus tribus ab Ierosolymis distans milibus. Sacerdos ex Sacerdotibus, & in matris utero sanctificatus, uirginitate sua Euangelicum uirum Christi ecclesię dedicans. Hic uaticinari exorsus est puer, & captiuitatem urbis atque Iudææ, non solùm spiritu sed & oculis carneis intuitus est. Iam decem tribus Israël Assyrij in Mœdos transtulerāt, iam terras earum coloniæ Gentium possidebant. Vnde in Iuda tantùm & in Beniamin prophetauit, & ciuitatis suæ ruinas quadruplici planxit alphabeto: quod nos mensuræ metri uersibúsque reddidimus. Præterea ordinem uisionum qui apud Græcos & Latinos omnino confusus est, ad pristinam fidem correximus. Librum autē Baruch notarij eius qui apud Hebræos nec legitur, nec hacopulans. Per hoc enim, qđ sub lege seruabat virginitatem in Sacerdotio, prætē debat in se continentiæ perfectionē, quæ docetur in Euangelio. Signanter autem dicitur Christi ecclesiæ dedicans, id est in separabiliter per fidem adhęrēs. k ¶ Vaticinari. Id est prophetare. l ¶ Exors. est. Id est incœpit, Ordior, diris, ditus sū vꝰ orsus sum dr̄ telā ponere: Et qa q telā ponit tunc eam incipit. ideò ordiri ponitur pro incipere. & compōitur exordior. vnde exorsus. m ¶ Puer. Iere. j. b. Ecce nescio loqui, quia puer ego sum, &cætē. n ¶ Vrbis. Ieruſalem atq; Iudæ. i. duarum tribuum. o ¶ Oculis carneis. Vnde Ieremi. xxxix. c. Post quàm prædixerat captiuitatem Ieruſalem & translationem populi in Babylonem, legitur qđ Nabuchodonosor rex Babylonis præcepit Nabuzardan, vt tolleret Ieremiam & nihil mali ei faceret. Sed q̄re non ꝓphetizat de captiuitate decem tribuum, sed duarum tantùm reddit causam, cùm dicit: p ¶ Iam decem tribus Israel Assyrij in Mœdos transtulerant. Continua sic: Non solùm spiritu reuelāte, sed oculis corporis intuitus est captiuitatem duarum tribuum. ¶ Iam decem tribus Israel Assyrij in Mœdos transtulerant. Vnde. iij. Reg. xvij. d. Translatus est Israel de terra sua į Assyrios, &cætē. q ¶ Iam terras earum coloniæ Gentium. Colonia dicitur vrbs vel castrum, quod pro defectu indigenarum nouis colonis adimplet̄ur. Itē Colonia dicitur agricultura vel cultus religionis: Quia ergo indigenis id est decem tribubus in Assyrios translatis, rex Assyriorum misit Gentes de Babylone & de Cutha & de Ahaiath & de Emath & de Sepharphaim, quæ pro filijs Israel possederunt Samariam & habitauerunt in vrbibus eius. Vnde dicitur hîc: r ¶ Coloniæ Gentium. Id est Gentes colentes, id est inhabitantes vrbem decem tribuū possidebant terras earum, vꝰ colonię, id est agriculturæ. s ¶ Gentium. Id est Gentes agriculturæ deditæ, quia à rege Assyriorum missæ erant ad colendam sibi terram decem tribuum. Possidebāt. terras earum. Vel, Coloniæ Gentiū. Id est Gentes varium cultum religionis habentes, quia sicut dicitur. quarto Regum decimoseptimo. c. Vnaquæque Gens fabricata est deum suum. Possidebant terras earum. t ¶ In Iuda tantùm. Id est in duabus tribubus. v ¶ Et in Beniamin ꝓphetauit, & ciuitatis suæ ruinas. Id est Ieruſalem: quia in sorte Beniamin primò fuit Ieruſalem, sicut dictum est suprà circa finem prologi in Isaiam. x ¶ Quadruplici planxit, vel distinxit alphabeto. illud expositum est suprà in epistola ad Paulinum. y ¶ Quod. scilicet quadruplex alphabetū. z ¶ Nos. in translatione nostra. a ¶ Mensuræ metri uersibusq; reddidimus. Propterea ordinem uisionū qui apud. Id est iuxta mensuras metri & versuum quas habet in Hebraico distinximus i Latino, quia distinximus sententias secundū dictas mensuras. metricè enim scribunt Threni in Hebraico, & sub certis clausularum mensuris distinguntur in Latino. b ¶ Ad pristinam fidem correxim⁹ Librum autem Baruch notarij eius qui apud Hebræos. Id est iuxta Hebraicam veritatem, cui fides debet adhiberi.

Præteriimus

A a ¶Prætermisimus. quia nō est de canone,sed postmodùm trāslatus fuit de Greco in latinū iuxta vulgatā editionē,in qua inuētus est. b ¶Prestolantes.i. expectantes.Versus. Prestolor expecto, prestolor quærere dico. Paula fuit quædā matrona Romana, cuius filia fuit Eustochiū.de qbus inuenies satis suprà in ,plogo sup Iosuę versus finē.c ¶Cæterū.pro sed. d ¶Rectius &c. id est ad abbreuiationem. e ¶Mali.vitandi in aliis.s.in æmulis meis,vnde nō dicit rectius absolutè, sed addit: Ad compē.mali.f ¶Ponere modū.i.finē.g ¶Furori:Id est detractioni.h ¶Eorū. qa quasi furibūdi detrahūt mihi. Cætera plana sūt.

Versus

Incipit Postilla uenerabilis Patris Fratris Nicolai de Lyra super Ieremiam. Et primò eiusdem præfatio.

PRophetā in Gentibus dedi te.Verbum propositum sībiť Iere.j.b.Et dictū fuit sibi à domino. In quo possunt notari quatuor causę huius libri Ieremię,quē habemus prę manib⁹ exponēdū.videlicet Cā efficiēs,materialis,formalis & finalis.Cā verò efficiēs duplex est.Vna principalis.scilicet de⁹ reuelans omnia in hoc libro contēta. Alia instrumentalis.s.sanctus Ieremias.q ,spiritusancto dictāte scripsit librū istū.Et hęc duplex causa efficiens nota tur,cū dicitur:Dedi te.ita qd' in suppositō huius verbi dedi,qd' est ipse deus, exprimit causa efficiens principalis. In hoc autē ,pnomine te, causa efficiēs instrumēralis.Et de vtraq; potest accipi illud qd' scribitur Ezech.iij.d.Fili hoīs speculatorē dedi te domui Israel.¶Ad hoc em̄ ponit speculator ī excelso,vt à longè speculet, & quę viderit fideliter annūciet;& sic fecit Ieremias,vt statim videbitur in quodam generali: & plenius in prosecutione libri. Causa verò materialis & formalis possunt notari in nomine ,ppheтę,cū dicitur:Prophetā.Ad cuius intellectū sciendū qd' ,ppheta secm̄ interp̄tationē nomis dicit quasi ,pcul fans,qa fatur seu denunciat ea quę sunt longinqua à naturali cognitiōe hūana.Et ista quītū ad pñs sunt in duplici gradu, qa aliqua sunt hmōi ,pter suā eminētā respectu itellectⁱ nr̄i,cuiusmōi sunt diuīa:ad quę se habet intellectⁱ noster sicut oculⁱ noctuę ad lucē solis.ij. Metaphisicę.¶Inter ista ỳò valde lōginquū & remotū est à cognitiōe nr̄a incarnatiōis diuinę mysteriū.Ex creaturis em̄ pōt hō deuenire ī cognitionē primę causæ quę de⁹ est.quātū ad multas ei⁹ cōditiōes:&sic philosophi cōcluserūt de deo plurimas cōclusiōes.Similiter natura hūana p se accepta,nō excedit cognitionē nostrā, sed vnio naturæ diuinę & hūanę in suppositō ỳbi supra modū trāscendit facultatē intellectⁱ hūani.Mysteriū aūt istud denūciauit Ieremias ,ppheta inter alios valde clarè.xxiij.a.dicēs:Eccedies veniūt,dicit dominus,& suscitabo David germē iustū & regnabit rex,& sapiens erit & faciet iudiciū & iustitiā ī terra. In diebⁱ illis saluabit Iuda,& Israel habitabit cōfidēter. Et hoc est nomen quod vocabūt eum,dñs iustⁱ noster. Hęc em̄ autoritas ad literā de Christo dicit scⁱm moēs doctores Hebręos & Latinos, vt plenⁱ videbit ibidē dño cōcedēte. Per hoc aūt qd' dicit:Suscitabo Dauid germē iustū.exprimit hūanitas Christi,q factⁱ est ex semie Dauid secū dū carnē ad Ro.j.a. Per hoc āt qd' sub dit:Et hoc est nomē qd' vocabūt eum dñs iustⁱ noster, exprimitur diuinitas Christi clariⁱ vt mihi videt quā ī aliis libris veteris testamēti:qa vbi habemⁱ dñs,In Hebręo habet,nomē dñi Tetragrāmaton,qd' scⁱm antiqs doctores Hebręorū sic ē appropriatū altissimo creatori,vt nō liceat ip̄m nomē de alio dici,,put plenⁱ dicet dño cōcedente, qñ ad locū illū veniemⁱ. Et qa Ieremias ita clarè Christi mysteriū denūciauit, ,pphetice pōt dici de eo qd' scribit Lu.j.g. Et tu puer ,ppheta altissimi vocaberis, qa valde clarè expressit altitudinē sue diuinitatis.&hęc est materia principalis huiⁱ libri.vnde dicit Ra.Sa.super.ix.ca.Zacharię,qd' vniuersi ,pphetę nō sunt locuti nisi de diebⁱ Messiæ qd' est intelligēdū de principali intentiōe eorū,qa de pluribⁱ alijs sunt locuti.Et secundū hoc, Deⁱ hūanādus est subiectū in oībus libris ,pphetalibus, sicut deⁱ hūanatus in Euāgeliis:qa qd' ,ppheтę nūciant futurū,Euāgelistę narrāt factū. Sicut em̄ deus sub ratiōe absolutæ est subiectū in tota sacra scriptura, sic est in pribus eius subiectū sub rōnibus determinatis, vt dictū fuit plenius in principio Geneſis. Alia verò sunt longinqua à cognitione hūana ,ppter suę entitatis & veritatis deficiētiam,cuiusmodi sunt futura contingentia,de quibus nō est determinata veritas apud nos,sed est determiata apud deum.Et de talibus est ,pphetia secūdū qd' dicit Casiodorus super Psal. Prophetia est diuina inspiratio rerum euentⁱ immobili veritate denunciās. De talibus verò erat destructio ciuitatis & templi, & captiuatio populi per Nabuchodonosor futura: quam Ieremias ,pphetice denūciat, & scribit in hoc libro,intantùm qd' voluerunt eum propter hoc occidere,secundùm qd' dicit infrà.xxvj.d.Iudicium mortis est viro huic,quia prophetauit aduersus ciuitatem istam. Et hæc est materia huius libri secundaria sub nomine propheтæ designata. Causa etiā formalis huius libri sub nomine propheтę designatur.Circa quod sciendū qd' duplex est forma libri.scilicet forma tractatus & forma tractandi. Forma tractatus, est diuisio libri per partes & capitula, de qua videbitur in prosecutione libri: Forma verò tractandi est modus agendi, qui modus est propheticus describendo diuinas reuelationes Ieremiæ factas: propter quod de ipso potest dici illud quod scribitur Ioh.vj.b. Hic est verè prophetа,Et dicitur verè prophetа,ad differentiam pseudo prophetarū.q non prophetabant ex diuina inspiratione sicut Ieremias,sed aliqui eorum ex propria fictione ,pter quę dixit. Alij ex reuelatione dęmonū qui sunt mēdaces,propter quod falsi erant,vt in pluribus demonstrant ,pphetię eorū. Causa finalis huius

Cā efficiēs

Causa materialis Prophetа

Philosophi

Casiodori ,pphetia

Causa formalis

Cā finalis

a betur,prætermisimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis præstolantes, quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior, quia uos me cogitis.Cęterum ad compendium mali rectius fuerat modum furori eorum silentio meo ponere, quàm quotidie noui aliquid scriptitantem inuidorum insaniam prouocare.

Item alius prologus in eundem.

IOakim filius Iosiæ, cuius tertiodecimo anno prophetare orsus Ieremias: sub quo & Olda mulier prophetauit,ipse est qui alio nomine appellatur Eliachim,& regnauit super tribū Iuda & Ierusalem annis undecim. Cui succesit in regnū filius Ioachin cognomēto Iechonias,qui tertio mense regni eius die decima captus à ducibus Nabuchodonosor, ductus est in Babilonem, & in loco eius constitutus est Sedechias filius Iosiæ patruus eius,cuius anno undecimo Ierusalem capta atque subuersa est. Nemo igitur putet eumdem in Danielis principio Ioakin, qui in Ezechielis exordio Ioakim scribitur. Iste extremam syllabam kim habet,ille chin. Et ob hanc causam in Euangelio secundum Matthæum una uidetur deesse generatio, quia, secunda thesseredecas in Ioakim desinit filium Iosiæ ,& tertia incipit à Ioachiñ filio Ioakim. Quod ignorans Porphyrius,calumniam instruit ecclesiæ, suam ostendens imperitiam, dum Euangelistam Matthæum arguere nititur falsitatis. Quodq; traditum scribitur Ioakim monstrat non aduersariorum fortitudinis fuisse uictoriam,sed domini uoluntatis.

Incipit argumentum in eundem.

IEremias Anathotites, qui est uiculⁱ tribus à Ierosolymis distans milibus, apud Thamnas in AEgypto à populo lapidibus obrutus occubuit. Iacet uerò in eo loco sepultus, quo dudum Pharao rex habitauerat. Et quoniam postulatione sua defugatis ab eodem loco serpētibus,Ægyptios à tactu aspidum faci t esse securos,magna eum ibi religione Ægyptij uenerantur.

☞ E †Raba. ORigenes. Deus ad benefaciẽdũ prõpt⁹ est, ad puni endũ dissimulator. Cũ em̃ possit reos sine cõtestatione vẽturi iudicij punire, nusq̃ hoc facit, sed etiã si condemnauerit, prædicit vt liberẽtur per pœnitẽtiã, q dãnati fuerãt per delictũ. Niniuitę condẽnati erant pctõres à deo. Adhuc em̃ tres dies, & Niniue erat subuertẽda. Noluit em̃ de⁹ eũ silẽtio punire dãnatos, sed dãs eis locũ pœnitẽtię misit Ionę.3.b. Hebræũ ꝓphetã, q diceret: Adhuc tres dies & Niniue subuerteť, ne peritẽt. s. qa condẽnati erãt, sed agẽtes pœnitẽtiã, ipe trarẽt misericordiã. Sodomitæ quoq; & Gomorrẽi diuio iã erãt exitio destinati, Gene.18.c. sicut sermo dei ad Abrahã oñdit: tñ qđ suũ erat fecerũt angeli volẽtes eos salua Ibid.19.c. re, q se indignos salute iudicauerũt, & dicẽtes ad Loth: Est ne aliqs hic tibi gener, ☞ Quòd aut filñ, aut filię &c. neq; ignorabãt nõ esse eos secuturos Loth, sed oñderunt suã pariter & eius q eos miserat benignitatẽ & amorẽ. Simile qddã in Ieremia inuenim⁹. Notãdũ est em̃ tps ꝓphetiæ eius, Quęstio qñ ꝓphetare cœperit vel finierit. Dicet ergo aliqs: Quid ad me tps historiæ qa cœpit ꝓphetare in dieb⁹ Iosię filñ Amõ regis Iuda. & vsq; ad annũ tertiũdecimũ in regno ei⁹. Deinde ꝓphetauit in dieb⁹ Ioachim filñ Iosię regis Iuda vsq; ad consummationẽ vndecimi anni Sedechię filñ Iosiæ regis Iuda: & ꝓ tres reges ꝓphetia eius extẽsa est vsq; ad captiuitatẽ Ierusalẽ ī qnto mẽse. Cõdẽnauerat em̃ deus Benignissim⁹ deus ad pœnitẽtiã hortatur. Ierusalẽ ꝓpter pctã sua & hęc erat extrema sentẽtia sua, vt captiuitati relinqueręt. Sed cũ hominũ amator sit deus, nec quẽq; velit perire anteq; depopulatiõis F tps instaret, misit & hũc ꝓphetã q iuitaret ad pœnitẽtiã. Misit eũ dẽ etiã sub scd'o rege post primũ. Misit quoq; sub tertio, Iã captiuitas iminebat, & adhuc ad salutẽ hortabať deus, tribuẽs & ante vnũ diẽ locũ pœnitẽtiæ. Vñ scriptũ est: Vsq; ad captiuitatẽ Ierusalẽ & vsq; ad qntũ mẽsem ꝓphetasse Ieremiã. Iã hostiũ vincula strinxerãt manus, & nihilomin⁹ hæc dicebat de⁹: Ecce captiui facti estis, agite (licet serò) pœnitẽtiã. Rogate me, & ego parcã vobis: possũ eruere de captiuitate q tradidi. Hęc etiã de nobis possumus intelligere. Si peccauerimus, captiui futuri sumus. Tradi e- 1. Cor.5.b. nim pctõrẽ Satanæ, nihil distat ab eo qđ Iudæi traditi sunt Nabuchodonosor, vt sicut illos de⁹ cõcesserit aduersario ꝓpter frequẽtes impietates: sic nos ꝓpter pctã trademur spũali Nabocho- 1.Tim.1.d. donosor. Vnde: Quos tradidi Satanæ, vt discãt nõ blasphemare. Putas quantũ malũ est peccare, vt tradaris Satanæ captiuãti animas eorũ q relinquũť à deo nõ sine causa. s. nec sine iudicio? Cũ enim miserit pluuiã sup̃ vineã, & ipa ꝓ vua attulerit spinas, quid faciet nisi vt mãdet nubibus, ne pluãt sup̃ vineã imbrem? Propè est ergo & captiuitas nostra, si nõ egerimus pœnitẽtiam, vt tradamur. s. Nabuchodonosor & Babyloniis qbus iã adiacẽtibus sermones ꝓphetarũ, legis, apostolorũ: & ipsius Christi hortant nos ad pœnitentiã, quocãt ad salutẽ. Si audierimus, credimus ei q dixit: Et ego pœnitẽtiã agã de oĩbus malis quæ locutus sum eis facere. ☞ Hieronym⁹ ad Eusebiũ. Quia volumẽ est Infrà.18.b. gissimũ, & ī plerisq; historia mãifesta in Ieremia latã explanationẽ nõ quęras, sup̃ his maximè quę iã in aliis ꝓphetis sunt dicta. Vt nihil desit in sensibus cũ multum desit in verbis: stamina tibi atq; subtegmina & litia præparabo, tu ipse vestẽ pulcherrimam conficito. Cæteri ꝓphetę, vt Isaias, Hosee, Iohel fuerũt ante captiuitatẽ duarũ tribuũ. s. Iudæ, & Beniamin. Alñ post, vt Daniel Aggęus & Zacharias. Ieremias verò & Ezechiel imminẽte captiuitate ꝓphetauerũt, alter in terra Iuda, alter in Babylone. Ieremias puer ꝓphetare cœpit, tertiodecimo anno Iosiæ regis Iuda Quãdo Ieremias ꝓphetarecœpit. filñ Amõ: ꝓphetauitq; sub eo decẽ & nouẽ annis, & sub Ioachim filio eius annis vndecim, & sub Sedechia q vltimus fuit regũ Iuda annis. xj. vsq; ad qntũ mẽsem quo à Babyloniis captiuata est Ierusalẽ. Ioachaz ỹõ & Iechonię trini mẽses (quorũ alter in Aegyptũ, alter cũ matre ductus est in Babylonẽ) ter supradictis annis computanť. Ac per hoc ab exordio ꝓphetiæ suæ vsq; ad captiuitatẽ Ierusalem, in qua & ipse captus est, prophetauit annis quadraginta & vno. præter illud tempus quo in AEgyptum ductus est, ibiq; prophetauit in Thamnis sicut in hoc ipso volumine continetur.

VErba Iere. Ixx. Verbũ dei, quia verba Ieremię verbũ domini est. Hiero. Post exordiũ vaticinationis Ieremię .xxxv. ꝓphetię anno, Ezechiel in Babylone his q cũ eo captiuati erãt, exors⁹ est ꝓphetare. b ☞ In diebus &c. Hiero. Mirabilis dei clemẽtia. Iã captiuitate vicina, & Babylonio exercitu valante Ierusalẽ, nihilominus populum ad pœnitentiã vocat, mallẽs seruare cõuersos, quã pdere delinquẽtes. c ☞ Priusquã te. Nõ qđ antè cõceptionẽ fuerit vt Hæretici suspicantur. Sed quia præ- ☞ sciuit eũ dãs

Inciput Ieremias propheta

Caput I.

¶ Hæc sunt.

a VErba Ieremiæ filij b Helchiæ de Sacerdotibus qui fue- c

a ¶ Ecce locus. ¶ Vicus est, in tertio ab vrbe miliario.

runt in Anãthoth in d

¶ Id est quia. a ¶ Hoc.

terra Beniamin. Quòd factũm est e

a ¶ Quod erat in principio apud patrem.

b uerbũm domini ad eum in diebus Iosiæ filij Amon regis Iuda in tertiodecimo anno regni eius. Et factum est in diebus Ioachim filij Iosię regis Iuda usq; ad cõsummatio

¶ Qui vltimus regum Iuda.

nem undecimi anni Sedechiæ filij

¶ LXX. Captiuitatem.

Iosiæ regis Iuda, usq; ad transmigrationem Ierusalẽ in mense quin

a ¶ Quod erat in principio apud deum, in quo loquuntur prophetæ.

to. Et factum est uerbũm domini f

e ad me, dicens: Priusquàm te for- g

Nicolaus de Lyra.

✠ Iis huius libri est vtilitas vniuersalis ecclesiæ, quæ collecta est ex omnibus Gẽtibus. Et hîc finis notatur, cũ dicitur: In Gentibus id est ad vtilitatẽ omnium Gentiũ: propter qđ de ipso potest dici illud Isa. xlix. b. Dedi te in lucẽ Gentiũ, vt sis salus mea vsq; ad extremũ terræ, vt sit verbũ dñi ad Ieremiam dicentis: Dedi te in lucem Gentiũ, ad illuminandũ eos lumine fidei & claritate morũ, vt sis salus mea vsq; ad extremũ terræ, & hoc denũciatiuè tm̃, qa Christus est salus Gentiũ effectiuè, secundũ qđ dicitur: Operatus est Psal.73.c. salutẽ in medio terræ. i. in Ierusalẽ, quæ est in medio climate terræ habitabilis, in qua opatus est salutẽ hũanam ꝓ suam passionem benedictã, & resurrectionẽ & ascensionem in cælum, vbi cũ patre & spiritusancto viuit & regnat in secula seculorum Amen.

Causa finalis huius libri.

H

NICO. DE LY.

b ¶Quid murmurauit homo vir viuẽs. i. iustus. de quo dicit: Iustus ex fide vivit. Hinc Paulus ait: O homo tu quis es, qui respõdeas deo, &c. Q. Quid dicturus est homo pro peccatis suis, cũ omne os obstruatur. Nõ potes dicere deũ non curare mortalia, cũ ab ipso sunt vel bona vel mala, ois iniquitas oppillabit os suũ. Hęc cõfessio est ex intimis, vel ex ipsis viscerib⁹: hãc ostendit ignis ex intimis medullis: Non habet vir viuẽs. i. iustus ex fide quid dicat, multò minus peccator & impius. Vnde vigiliter ait: c ¶Vir pro peccatis suis. Vir indicat seriũ, homo cõmunẽ naturã. Aliud est ex natura, aliud ex gratia, vt nec homo qui ex propagine primæ naturæ flagellat, nec vir qui gratia discernitur, habeat cõtra flagulum quid queratur. vñ Iob ait (licet excruciatus tormentis) Sit nomẽ dñi benedictũ, sicut placuit dño, ita factũ est. d ¶Nũ. sempiternum vel pascua quæ est Christus. de quo dicitur: In loco pascuę, ibi me collocauit. Ipse nos reficit bonis pascuæ suæ, & diuinis sacramentis ex vbertate agri pleni, cui benedixit dñs. In hac pascua scripturarũ sunt mystica sacramenta, pro qb⁹ dicitur: Scrutemur vi. no. &c. Tria facere debemus, scrutari, quærere, reuerti. Quæramus quid facti sumus, quid fuerimus, quid debeam⁹ esse, vt perspectis his compulsi ad dominum reuertamur. ad quod nos litera Nun inuitat, quæ principium interpretatur. vnde vnicus patris ait: Ego principium qui & loquor vobis. Hæc enim litera etiam vnicus interpretatur, qui verum principium, & verum pabulum. Sunt quoque scripturæ pascua, quibus pascimur & instruimur: sed vnicus, pascua spiritualis, ad quem leuare debemus corda nostra cum manibus in cælum vbi vera ad pascua. Et notandum, quòd corda sine manibus non leuãtur, neque manus sine cordibus, vt integritas fidei nos commendet deo & operatio. Vera enim fides est quæ per dilectionem operatur, sicque recolentes paupertatem nostram dicamus deo: e ¶Nos inique egimus. & (quod peius est) ad iracundiam prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es. Omnis scripturarum doctrina horum trium versuum intelligentia redditur, vt scrutemur vias, id est actiones: & quæramus quid fuerimus & quid simus, reuertamur ad dominum pœnitentes à quo discesseram⁹ peccantes, magnum est vnicuique seipsum noscere. vnde Moyses: Attende tibi ne fiat verbum absconditum in corde, attende tibi, non diuitijs tuis, non possessionibus, non viribus, sed animo & menti. vnde facta & consilia & cogitationes, ibi te attende, vbi potior es. Hoc Apollinis assignat fabula Gentilis quasi huius sententię autor fuerit, qua dicitur: Scito teipsum. cùm de Moyse translata sit qui prior fuit. Hinc quoque Salomon: Si ignoras te ô pulchra inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum tuorum. ¶Notandum quantùm vir videns pauperatem suam, flagellis eruditus profuerit, postquam ad Zain literam venit: & duc te audiuit, & graue iugũ super se tulit, & se dixit solitarius. vbi alto silentio videns cognouit, quòd nostra salus sit vt scrutemur vias nostras: quia lubricæ & tortuosę sũt maxime in adolescentia. vnde præuenire oportet correctione annos iuuentutis, dicentes: Domine pascis me à iuuentute mea, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. Hæc sunt vera pascua vitæ, vbi vnicus patris pascit inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbrę. Hoc autem nobis subsidium est. Leuemus ad eum corda nostra cum manibus, dicentes: Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias ne memineris, quia grauiora sunt senectutis quàm iuuentutis vulnera. vnde ait: Bonum est viro cùm portauerit iugum ab adolescẽtia sua. Senibus remedium est peccare delinere, sed stimulant eos peccata, exagitat conscientia, & cõsuetudo peccati instabiles facit. Leuemus ergo corda nostra cum manibus ad deum: quia deum ad iracũ. prouocamus, quia prętérita abundant, præsentia peccata non cessant, aliter enim inexorabilis est. non quòd venię claudatur ianua, nisi nostra claudatur malitia, vnde rectè Samech sequitur, quę audi, vel firmamentum, vel adiutoriũ interpretatur: quod ipse textus indicat. f ¶Samech. Allego. Audi vel firmamentum vel adiutorium: Dominus destruxit regna diaboli quę in monte sibi ostẽdit, & aduersarias potestates perdidit, & à quibusdã qui membra sunt huius capitis abstulisti adiutorium: & inter eos, & prędestinatos ad vitam statuit chaos magnũ, qui iusto dei iudicio prędestinati sũt ad supplicium. vnde: Inter nos & vos magnum chaos firmatum est. Secundum hoc à quibusdam hæc litera interpretatur firmamentum: quia non otiosè dicitur, audi. Hoc enim audiendum est aure audiendi, non sensu communi. Hîc quoque notandum est post moralem sẽsum quid sequatur eos, qui peccandi finem nesciunt. Opposuisti nubem tibi, ne tran. ora. Est nubes leuis supra quam ascendit dominus: Est nubes lucida: Est tenebrosa, sed ☞ quia oppositа

Nicolaus de Lyra.

✠a ¶Quis est. Hîc remouetur secũdus error: Ex hoc enim, qđ iusti in præsenti vita vt frequenter tribulantur & impij prosperantur, crediderunt aliqui quòd deus non haberet notitiã de his quę fiũt in terra, ex quorũ plena dicitur Iob. xxij. b. Circa cardines cęli perambulat, nec nostra considerat. Sed hoc est erroneum, non solùm secundum sanctos, sed etiam secundũ philosophos. Philosophus enim. j. de aĩa, arguẽs cõtra Empedoclẽ, ducit ipsũ ad istud inconueniens, quòd deus aliquid ignoraret. s. discordiam qđ nos cognosceremus. propter quod dicit Ieremias: Quis est iste qui dixit vt fie. aliqđ scilicet in terra. b ¶Domino nõ iubente. id est deo non præuidente & ordinante, & similiter quod sequitur: c ¶Ex ore al. i. ex eius dispositione. d ¶Non egre. nec bona nec ma. quę similiter fiunt in terra quasi dicat ista sunt erronea. & ideo consequenter inducit ad tolerantiam aduersorum quæ à deo ordinãtur ad meritũ & præmium electorum di. e ¶Quid mur. homo vi. afflictus in præsenti secundum dispositionem dei. f ¶Vir pro peccatis suis. per pœnam expiandis. g ¶Scrutemur vi. no. &c. quasi dicat si diligenter scrutemur conscientias nostras, inueniem⁹ plura peccata. h ¶Et reuerta. &c. per pœnitentiã. i ¶Leue. cor. no. in oratiõe deuota, q̃ est ascẽsus mẽtis in deum, secundum Damascenum. k ¶Cum manibus. vt simul eleuemur mente & corpore. l ¶Nos inique egimus. Licet enim Ieremias esset innocens & sanctus, tamen cõnumerat se Iudæis peccãtibus, quia erat de ppło illo. m ¶Idcirco inexora. es. non ex defectu tuę pietatis, sed ex actu nostrę iniquitatis.

✠Operuisti

✠a ¶Quis ẽ &c. Hîc remouet error eorũ q dixerũt diuinã prouidentiã se non extendere ad hæc inferiora. & sic dicebãt qđ sequitur: ¶Ex ore altis. non egre. nec bo. nec ma. quod fallum est. nã ex eius prędẽtia & ordinatiõe pręcedũt oĩa bona & etiã mala pœnę. & sic dicit Amos xij. b. Nõ est malũ i ciuitate qđ nõ fecerit dñs. iõ cõtra prędictos subdit: e ¶Quid mur. hõ &c. detrahẽs prouidentiæ diuinæ. nã & Philosoph⁹. j. de aĩa habet p inconueniẽti, q̃ deus aliqđ ignorer, qđ nos sciam⁹. iõ sequitur: g ¶Scrutemur vias no. &c. q. d. si bñ cõsiderem⁹ facta nã, inueniem⁹ qđ mala pœnę inflicta sunt nobis à deo & iuste. Et quia vexatio dat intellectũ subditur: h ¶Et reuertamur ad do. &c. Nos inique egimus contra te domine. m ¶Idcirco inexorabilis es. non simpliciter, sed ad tempus, quousq; appareat iustitiæ decus.

☞ quia oppositā plangitur, dēsiratem peccatorū significat. Colūna
E nubis quæ excludebat A Egyptios, claudebat Hebræos: his lux
Exod. 10. f. erat, illis cęcitas. Nubes quoq; corporis Christi: lux credentibus,
Isa. 8. c. cæcitas non credētibus: & petra scādali, & lapis offensionis, vt o-
periret in furore. i. deū in homine latentem occultaret: percussisti
† nube † vulnere infidelitatis scilicet. occidisti. i.
impœnitētes fecisti: nec pepercisti. i. seue-
ritatem iudicij exercuisti. Hæc nubes op-
posita est: hanc nō pōt trāsire oratio, dum
Rom. 11. c. cæcitas est in Israel. Idcirco Christus era-
dicatio & indignatio positus est. secundū
Psal. 9. a. illud: Propterea de⁹ destruet te i finem e.
Rom. 11. d. t. &c. Ideo hęc lra interpretat audi. Quia
incomprehēsibilia sunt iudicia eius, vt oēs
Supra 2. c. s. corde audiant & intelligāt. vnde suprà
sub eadem litera: Lacū calcauit dominus
iugū filię Iuda: qū. s. lacus factus est Iudęis
passio saluatoris, & gentibus portus salu-
tis. Crux enim domini infidelibus scopu-
lus, fidelibus portus. iō prēmittitur: Audi
vt futura cognoscas, quia torcular vt la-
cus quem calcauit dominus: ideo calcatus est, vt ex passionis præ
lo fides gentium clarescęret, & fex infidelitatis in amuream trans-
ret. ¶ Mystice. Samech, audi, vel firmamentum, vel adiutorium
interpretatur, qui sensus verbis sequentibus declaratur. b ¶ Op
Supra 2. c. posuisti nu. ti. Qui enim præterita non plangūt: & nouis pēs, p
uocant deū, quotidie delinquendo inexorabilem reddunt. Quod
superius sub eadem litera plangitur: Abstulit meatus oēs fortes
meos de medio mei, &c. Nō enim tūc abstulit oēs fortes, qū ppls
in Babylonē ductus est, sed qū Christus venit, & ēps visitationis
suæ Iudæa nō nouit, & noluit captiuā erigere ceruicē, & fidei su-
scipere lucem, iō Christus eradicatio & indignatio positus est in
Mar. 4. b. Luc. 2. c. medio populorum. vnde: Ego veni, vt videntes nō videant, & q
uidēt, cęci fiant. Et: Ecce hīc positus est in ruinā, & in re. mul. & in
signū cui cōtradicet. Meritò ergo sublatū plāgit adiutoriū, qđ in
durato corde relinquitur. vnde rectē dicit: Ecce cōstitui te hodie
Iere. 1. b. super gen. & super re. vt euel. & de. Quatuor tristibus duo lęta op
posuit, non em ędificantur bona, si non destruant mala. c ¶ Era-
dicati. & indignationem plangūt. s. se poni i medio populorum.
F qa Iudæi q in Christi passione aberrauerunt, indignatione perpe
tua digni sunt eradicari de terra viuentium. iō propheta quatuor
2. Cor. 3. c. inducit: Operuisti i furore, persecutisti, occidisti, nec pepercisti. In fu
rore enim suo, velamento cęcitatis faciem Iudęorum operuit, ne
agnoscęretur: qa velamētū positū est super faciē Moysi vsq; ho-
die, dū legit: Persecutis eos plaga dispersionis, nec senserunt. occi-
disti. i. spm vitę absstulisti, quē in lege non intelligūt. Nec peperci-
sti, qa à gratia, à templo, à lege, à solo patrio, & ab oīb⁹ expulit sa
cramētus. vū nubes pctōrū opposita plangit, ne oratio ad deum
Moraliter ingrediat. Hīc nimirū locus & de persona Christi legit & de Iere
mia, qui excelsus domini sonat. a ¶ Operuisti in fu. Moral. Plan
git se anima peccatorū caligine & iniquitatis operti, & percussā,
& occisam iudicio dei prętēte vulnere prauitatis: Nubes delicto-
rum opposita plangitur, quę magis contra nos orare q̄ deū exo-
Gene. 4. b. rare creditur. vnde: Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me
de terra. quā. s. cogitatio terrena & delictorū immanitas facit, ne
possit nostra oratio ad deum transire, ne ipse orantib⁹ parceret,
quia clamor terrenus opponitur. ¶ Vsq; ad finem huius alpha-
beti luce clarius refertur passio dñi, qđ Ain ergo litera significet,
videamus. d ¶ Ain. fons vel oculus dicitur, qa sicut de fonte flu-
Gene. 3. b. uius, sic de visione oculorū bona vel mala generantur. Cū ad bo
Supra 1. f. na aperiuntur, fons iustitię, cū ad mala, sicut oculi Ade aperti sunt.
Fons sunt & origo malorū. vū suprà sub eadē litera: Oculus me⁹
dedu. aq. qa lon. i. est à me cōso. &c. Vbi patet, qđ nō se captiuum
deplorat, sed pplm de cōsolatione dei derelictū. Q. verè dolēda est
captiuitas. Inde quoq; nunc afflictus plangitur oculus, nec tacuit
se, nec requieuisse. Ibi enim nulla quies, vbi spiritus sancti consola
Matt. 4. c. tio deest. Vnde qui ab eius sanctificatione recesserunt, nullam sab
bathi requiem inuenerunt, in quo requieuit deus. Hanc captiuita
tem propheta præuidens luget. Sed quia afflictus non tacuit, &
perseuerauit, respexit dominus de cælis. Qui enim perseuerauer-
rit vsq; in finē, saluus erit. ¶ Oculus me. deprę. est ani. euidenter
futurum iudicium enuntiat, & præuidens quæ futura sunt cluita-
tibus Iudæ, imbre lachrymarum manat. Pręuidet enim obstinatā
plebem, quæ negatura erat propriū autorē: Oculus autē animam
deprędatur, quando omnis doloris affectus effunditur, & lāguor
Psal. 118. l. & ardor animi in lachrymas liquatur, quando quicquid est in aia
Ibidem sicut de fonte riuus effluit. vnde: Defecit i salutari tuo anima mea.
Et, Defecerunt oculi mei in eloquium tuum. Anima enim deprę
datur ab oculo, vt suo creatori hæreat de se diffisa, in illo confisa.
Deficit vt in spm transeat, & sit vnus spiritus cū deo, ideo dicitur
oculus singulariter

a ¶ Cæcitate. b ¶ Plaga dispersionis.
a Operuisti in furore, & persecutisti: a b
a ¶ Spiritualem legis intellectum abstulisti. b ¶ Omnibus bonis spoliasti.
occidisti, nec pepercisti. Samech. c d
a ¶ Peccatorum quæ contra nos clamat. b ¶ Ade.
b Oppositi nubem tibi, ne trāsi- e f
a ¶ Nostra. b ¶ De terra viuentium.
c eat oratio. Samech. Eradicatio, g
a ¶ Contra indignos. b ¶ Christum.
nem & abiectionē posuisti me in h i
a ¶ In maiestate. ¶ Fons vel oculus.
d medio populorū. Ain. Oculus me- k

oculus singulariter, non oculi: vt cum deo vniatur. vnde: Vulne. G
rasti cor meū in vno oculorū tuorū. Christus enim in vno oculo Cā. 4.
videtur. Alij sunt oculi carnis qui aperiūtur ad malū: Alij mētis
qui trāseunt in vnū, vt sit vna mēs cū deo. Alij oculi ecclesiæ, quæ
habet duos oculos, moralē & mysticum. Mysticus acutior, mora
lis dulcior: ita oculus Christi amore repleto, animam deprędatur in cunctis filiabus
vrbis meę per singulas delictorū afflictiones
& æternę vitæ cogitationes. s. deprędatur.
Ideo autem hæc litera fons vel oculus inter
pretatur, quia nec oculꝰ sine fonte, nec fōs
sine oculo dilectionis manat. Debet enim
quisq; peccator fonte lachrymarū rebapti-
zari: qui nutritur oculo sanctę contempla-
tionis. ¶ Ain. Fons vel oculus interpreta
tur. vnde: e ¶ Ocu. me. af. est nec ta. eō Ain
qđ nō est. requies. Ocu. m. dep. est ani. m.
cuius. s. officium est quod viderit nuntiare,
Christus quoq; alijs in ruinā positus est, a Lucæ 2.
Iłs in resurrectionem. In hac litera oculi
declarātur officia, vt lic. s. deficant pro pec
catis vel desiderio cælestis gratię: Hi suauibus delectantur, aspera
offendūtur. vnde Ennon oculus suppliciorum dicitur: vel tenta-
tionis, vel hędi, vel vitulę, vel generationis, vel fons generationis,
vbi. s. Iohānes baptizabat: vt eorum afflictiōe per fontem genera
tionis renati transirent in adoptionem filiorū dei. & hoc est: Ocu
lus meus af. est doloribus. i. afflictus sum: nec tacui. lachrymæ eīs Iohan. 1.
à maxilla ascendunt in cælum. Oculus tentationis dicit: qa per eī Matth. 4.
semper tentamur. vnde: Qui viderit mulierem ad concupiscendū
eam, &c. Non dixit simpliciter: qui viderit mulierem: sed addidit,
ad concu. &c. vbi oculum absoluit, mentem ligauit. Nec dixit mor
chatus est in oculo, sed in corde. Oculus verò est hædi: qui. s. ad si
nistram est. Peccator enim quæ à dextris sunt, videre non potest. Pſal. 72.
Vnde: Prouidebam dominum in conspectu meo semper. Est oc
lus vitulæ, quando assiduo loro vitulę peccatores iniquitates tra Hiere. 31.
hunt. Et oculus generationis aut fons generationis, quia ex cōsue
ctu oculorum aut bona aut mala generantur. Et est oculus suppli
ciorum, qua renatus peccatorum suorū supplicia cōsde pauide
perhorrescit. Idcirco Ain oculus vel fons dicit. ¶ Historice. Pro. Hiſtoria
oris interpretatur, vel erraui vel os aperui. Cui alludens propheta ait: f ¶ Aperuerunt su. Sic quoq; in plurib⁹ literis interpreta
tionibus alludit: vt literę sensum verborum, & verba sensum lite
ræ expediant. Vnde se errasse secundum sensum literę ostendit & cens: g ¶ Formido & la. fa. est no. Erroris autem fuit, vaticina-
tionē, pphetarū & cōtritionē cordis eorū quę pœnitētiam suade
bāt, nō errorem respuere: vnde formido insanabilis & laqueus ac
cidit. Propheta quidem non errauit, sed populi voce gemit. cui cō
tritio & vaticinium laqueus & formido fuit. vnde ait: h ¶ Diui-
siones aq. dedu. oc. Alia verò est cōtritio prophetarum detora-
tione diuinæ inspirationis: alia eorum qui pro peccatis afflictis spi-
ritu vexantur erroris. Deus enim cor contritum & humiliatū nō Pſal. 50.
spernit, nisi prius vaticinium & contritionem prophetarum pro
ipsis gementium & mœrentium spreuisset, ideo vaticinium eis la
queus est: quod in passione domini ei accidisse nulli dubium est.
¶ Aperuerunt super. Allegor. Christi & membrorum eius vt Allegor.
☞ imitatio

Nicolaus de Lyra.

✠ a ¶ Operuisti. Hīc reuertitur Ieremias ad lamentandum
& populi miseriā, dicēs: Operuisti. s. nos multitudine aduersa
rū. In furore. i. vindicta tuę iustitię. b ¶ Et percussisti. nos fame.
c ¶ Occidisti. gladio aduersariorū. d ¶ Nec pepercisti. propter
defectum meritorum nostrorum. e ¶ Oppositi nubem tibi.
id est peccatorum nostrorum caliginem considerasti. f ¶ Ne trā-
ora. q. d. ex hoc nostra oratio fit inexaudibilis coram te. g ¶ Eradi
cationem. à Iudæa. h ¶ Et abiectionem. in terra aliena. i ¶ Po
suisti me in medio. secundum ordinem tuæ iustitiæ. e ¶ Ape-
ruerunt super nos &cætē. maledicendo & conuitiando.
✠ Formido
✠ d ¶ Oppo. nu. t. s. peccatorū nostrorū caliginē. f ¶ Ne tol- Moraliter
nra ad habēdū effectū donec fiat iustitiæ tuæ cōplemētū. iō sub
dit: g ¶ Eradica. & indi. i. me eradicatā, & tua misericordia inde
gnam ostendisti. Et sequitur postea: Donec respiceret & videret
do. id est donec tu domine velles exaudire. k ¶ Oculus meus.
hoc exponi potest de insolentia clericorum, vt dicat ecclesia:
c ¶ Oculus meus deprędatus est ani. Oculus ecclesiæ debet es
se clerus: qui tamen deprędatur castitatem mulierum quasi vbicū
que est habitatio clericorum: Et qa inde surgit infamia clericorū,
subdit: c ¶ Aperue. su. Nam inde infamat ecclesia. ideo subditur:
* Formido

☞ inimicis formido, facta est vaticinatio prophetarū, quam timebāt
A ne impleretur in Christo. Ita quoq; passio & contritio & humili-
Psal. 118. c. tas Christi, fuit infidelibus ruina. vnde Dauid (quasi ipsius literæ
sono) quia: Os meū aperui & at. h ¶ Diuisiones aquarū &c.
Iohā. 15. d. Vnde in euange. Si non venissem, & locutus eis nō fuissem, pec-
catum non haberent: nunc autē inexcusa-
biles sunt, quasi laqueus factus est eis vati-
cinatio: vnde suprā quoq; sub hac litera la
chymabilis ḡrimonia expōnitur. Expan
dit Sion m&c. quasi dignā remuneratio-
† desinit, nē erroris accepit, quia expandētē manus
& non cō- in cruce neglexit audire, & alis eius succede
re. ¶ In con. fi.p. mei. Quamuis Chal
Supra. d. dæorum captiuitatē deflere videatur: pro
phetico tamē spiritu spiritualē captiuitatē
deplorat, qua verus Chaldæus in vincula
erroris captiuat: In hac peregrinatione pa
tria nostra fides est, quæ de longe adduxit,
Ephes. 2. d. & superne patrię iure adductos ciues ordi
nauit. vnde: Iam non estis hos. & ad. &c.
Sed quia à solo patrio & à deo est fides &
testamento dispersi erant, rectē subditur:
Et diuisiones aqua. de. ocul. meus. O-
Roma. 5. a. pus enim cum Paulo anathema esse pro
fratribus. vnde patet quanta sit passio charita
tis & hortus deliciarum. Hinc omnia gene
ra virtutum nutriuntur, ex quo ascendit
fons, qui irrigat omnia genera virtutum.
Primum attollēs se in quatuor capita vir
tutū, deinde per omnes diuisiones aquarū,
vt inebriet germina fidei & morum, Ce-
† deduxe- teraliter enim affectum pœnitentis aut di
runt oculi ligentis amorem expressit. Hæ diuisiones
mei aquarū peccata abluunt deliciarum, arce-
las infundunt, vt fluant omnia genera aro
matum. Has diuisiones quasi cum impetu
deducit ecclesia de libano peccata abluen-
do. Hæc ēn gratia sanctispiritus, aliis fons
est, aliis puteus, aliis hortus conclusus, fons
signatus, aliis hortorum riuus: quæ quasi
diuisiones numerantur. Diuisiones autem
aquarum deducit, qui singula crimina ab-
† Simeon fit luendo perfundit vel amoris vulnera li-
in carcere nit. vnde: Vulnerata charitate ego sum. De
vitā mea. ducebat illa diuisiones aquarum, quæ pe-
des domini lachrymis irrigauit. Deduxit
Psal. 50. a. & Dauid diuisiones aquarū secundū mul
Matt. 26. g titudinē delictorum suorū. & Petrus fleuit
Psal. 6. b. amare. Hinc Dauid ait: Lauabo per sin-
Psal. 118. c. gulas noc. le. me. & quasi voce Ieremię: Exitus aquarum de. ocu.
Ibidem. m. & subdit quare: Quia non le. tuam. Acsi dicat, ea deploro quę
per oculos contraxi & admisi. Flent enim sancti magis culpam
quàm ḡrumnam. Et, Ieremias quoque non tā contritionem præ-
sentis vitę dolet, quàm pœnam ęterni supplicij, quia videt popu-
li sui impœnitētiam. Flet populi ḡrūnas & excidiū prię, sed magis
quia contra deū os aperuerūt, & maledicētes blasphemauerunt:
Luce. 22. c. Fleuit Christus in passione, qñ factā agonia prolixius orabat. Fle
Luce. 19. b. uit super Ierusalem, & super Lazarū: & sancti flēt cūctos & mitten
Iohan. 11. c. tes semina sua: & deducūt diuisiones aquarū, vt verbius accipiāt
fructū. k ¶ Sade. Cōsolatio vel iustitię: Venatiōe ceperūt me.
Post tātas lachrymas, & tantū dolorem, post discriminis formidi
nem & cōtritionem: post insultationē inimicorū, congruēter con
solatio quam Sade sonat intercedit: vt qui tantū puniti sunt, spe-
rent indulgentiā iustitię, consolationem misericordię: qui lachry-
mis suis lori sunt à sordibus suis. Sed quia requies ex sola Christi
passione datur, voce redēptoris pro nobis plāgitur. l ¶ Vena
tione cepe. His verbis ex passione domini cōsolatio nobis oñdit,
Matt. 26. c. & iustitię idulgētia, quibus efficiamur iusti, licet pfidorū impie
Iere. 38. b. tas (quasi venātes auē) cū gladiis & fustibus Christū apprehēde
rit gratis. Ieremias quoq; gratis captus est, in lacu positus est, & in
Iob. 38. b. undauerūt sicut aquarū fluctus pśequētes sup caput eius: Sed de
Deut. 32. b. Christo hęc mānifestiū dicunt, q vt auis capt⁹ plāgit. Vñ Iob: Semi
tā ignorauit attu. Hęc auis fortassis est aquila q̄ puocat ad volā-
dū pullos suos. i. Iudęos expādens alas suas super eos, qui dū vo-
luit eos sub alas suas cōgregare, quasi gallina infirmat⁹ est, & app-
hēsus. vñ: m ¶ Lapsa est in &c. Hūc lacū solus calcauit, dñs, dum
morē moriēdo pemit, & vitā resurgēdo reparauit. n ¶ Posu-
erūt la. su. Quid apertius: Lapis enim positus est & signatus, &
Psal. 87. a. post resurrectionē ab angelo reuolut⁹, existimat⁹ est Christus cū
descēdētibus in lacū, fact⁹ ē sicut homo sine adiu. sed iuētus est, iter

mortuos liber. Inuenerunt aquæ. i. multitudo populi sup Chri. C
stum qui est caput nostrum. c ¶ Venati &c. Paschasius. Vox ec-
clesiæ. i. corporis super cuius caput inundauerūt aq̄. i. populi, vt Matt. 26. f.
eū gratis perimerēt, vnde voce ecclesię quasi spe sua frustratę sub-
ditur: Perij, quia discipuli etiam relicto eo fugerunt, negauerunt,
dubitauerunt. vnde rectē pr ęponitur Sa-
de, quę consolatio interpretatur: quia nisi
consolatio pñ pastoris adesset, nulla oui
um salua esset. Vnde pater, qđ tētatio pas Luc. 22. d.
siōis nō fuit sine cōsolatiōe spiritussancti
qui desperātes confortaret, fidē reintegra
ret vel sustentaret. vnde: Ego rogaui pro
te Petre, vt non defi. fi. tua. quātùm tamē in
ipo fuit negauit, sed in deo fides eius man
sit. Sic ergo voce ecclesię cōuenienter dici
tur: Perij. sed prescientia & promissione
pñ magistri fides inuicta fuit. Consolatio
autem fit multis modis: Consolatur enim † dorore
scriptura, & iudicis misericordia: & delicti affecit.
perfoluta pœna. vnde: Consolamini po-
pule meus. Et post pauca: Dimissa est ini- Isaię. 40. a.
quitas Ierusalem, puia susceptt de manu
dñi duplicia pro oi. p. f. & si fides deesset
pœna satisfaceret. Fit consolatio in varijs
tentationibus, quia tentatio patientiam
operatur, & illa probationem, probatio Roma. 5. a.
verò spem. Lachrymę quoque cōsolan-
tur, quibus crimina abluuntur. vnde: Erau Psal. 6. c.
diuit dominus vo. fi. m. ¶ Decurrisse teaq;
supplicijs quę pro peccatis sustinemus, de † vastatio
venia certi sumus: In his enim non deest
consolatio spiritussancti, si non adest duri Psal. 18. b.
tia cordis. Phe sunt, Iustitię do. r. l. c. Sade mei
enim consolatio vel iustitia interpretatur. Lucæ. 16. f.
Ex passione enim domini multimodam
consolationem accepimus, cui conformes
in flagellis & passionibus iustificamur. vn
de: Fili recor. quia rece. bo. in vi. t. & laza.
si. mala, nunc aūt hīc consolatur, tu verò
cru. Iam post passionem, post tētationem,
post consolationem quid sequatur vide- D
amus. i. vocatio vel conclusio, vel aspice. Suprà. 2. f
vnde alludendo dicitur: Inuocaui no. tu,
dñe. &. ḡ. in ea. litera. Vocaui amicos &c.
☞ Coph.

Nicolaus de Lyra.

✣ f ¶ Formido & la. fa. est. n. va. Id est
vaticinatio Ieremię & aliorū prophetarū
cui nō credidimus, dejecit nos in formidinē laqueū & contritio-
nem. In Heb. habē hīc: Vastatio & cōtritio: ideo videtur quòd
vitio scriptorū posita sit hīc vna dictio p alia. s. vaticinatio pro
vastatio ex similitudine literarū. & sic est sensus: Formido & laq.
i. ex formidine fugiētes vnū periculū cecidimus in aliud, Sedeci
as enim formidās seruitutē rebellauit regi Babylonis: ad quod se
cuta est eius captio & exoculatio, vastatio terræ & Ierusalē cōtri
tio. h ¶ Diuisio. per qđ designat magnitudo fletus. k ¶ Ocu-
lus. Sic ordinat iste versus post ꝓcedētē, put in Hebr. hīr, q̄uis in
aliqbus libris non sit fit ecōuerso. dicit ergo: Oculus me. i magnitudine fletus. a ¶ Nec ta. i. flere nō cessauit, eò q̄ nō esset re-
ges. s. nobis, sed labor & miseria. b ¶ Donec q. d. requiē nō expe
cto via hūana, sed tm̄ diuina. c ¶ Ocu. m. i. ex nimio fletu absti
lit sibi cōsolationē. d ¶ In cū. d. pre destructione cūctarū ciuita-
tū Iudęę q̄ dicebant filię vrbis Ierosolymitanę, q̄ erat metrop. In
Heb. sic habet: Oculus me⁹ sordidauit aīam meā. i. ex fletu conti
nuo sordidauit facię meā, in q̄ relucet vis aīæ magis q̄ in cæteris
corporis ptibus, eò q̄ oēs sensus sunt in facie: cætera sicut prius
exponant. i ¶ Venati. q. a exercit⁹ Chaldęorū insequēdo Sedeciā
cōprehēdit eū & multos alios. iiij. Re. vlt. k ¶ Lapsa est in lacū
vita m. Ra. Sa. dicit, q̄ Ieremias ꝓphetauit hoc de Daniele. q fuit
de transmigratis in Babylonem, & fuit proiectus in lacum leo-
nū, & lapis positus super os laci, vt habetur Danielis. vj. & xiij.
✣ Inundauerunt
✳ f ¶ Formido & l. f. habitatio mulierum cum clericis. g ¶ Va- Mysticè
statio. f. omnis bonī. h ¶ Diuisiones aqua. de. oc. mei. Hoc di-
citur in persona cuiuslibet fidelis de diffamatione ecclesiæ dolen
tis. i ¶ Venatione. f. spiritus maligni, & dicitur hoc in persona
ecclesię pro adhuc viuētibus peccatoribus, & pro defunctis qđ
sequi: k ¶ Lapsa est in l. Sequi: Inunda. aq. s. peccatorū & tri
bulationū: ga tñ non auferē totaliter spes misericordię subditur:

☞ a ¶Coph. Inuocaui no. tuum domine. Vox Christi secundū humanitatē. Quasi: Quamuis in lacū lapsa sit vita mea, ego tamē de nouissimo lacu inuocaui sicut Ionas de ventre ceti, Cui simile dicit Iob: Si descendero in profundum inferni, inde me liberabis. vnde & caput fidenter dicit: In die qua inuocauero te domine, dixisti: Noli timere. Vnde hîc quoq; Vocem meā audisti, &c. Appropinquasti: Per ire non potest, cui pater præsto est, cuius vocem audierat, dubitare nō poterat. Sed quia Coph etiam conclusio interpretatur: iure qui perijt, gemens orat. Ne auertas aurem tuam, &c. Incarnatus enim ad extrema montium venerat terræ vectibus cōclusus, sed fiducialiter sciebat, quòd liberaret pater vitam eius de corruptione, qua pressus nobiscum, pro nobis dolens dicebat: Inuocaui nomen tuum domine. qđ Ionas in vētre ceti prefiguraverat. Ideo Coph rectē dicitur cōclusio, quia cōclusit deus oīa sub pctō, vt aperiatur nobis ianua vitę, per eū qui in corruptione carnis venit vsq; ad nouissima laci: sed inuocando exauditus est p sua reuerentia. Nos quoque corruptione & pecato cōclusi, & idem nobis affuturum credimus. propterea: Appropinqua. inquit, &c. vt nos quoque fiducialiter idem dicamus & speremus. Qui autem sic conclusi sumus, aspicere & circūspicere nos debem⁹: vnde Coph aspice interpretatur. Q. aspice qđ mortalitas & corruptio ad nouissima laci me pduxit. Aspice quo laqueo sum conclusus, noli infirmitatem & periculum dissimulare: cōcluditur vnusquisque innumeris laqueis. Coph quoque vocatio dicitur, vt concluſi iugiter inuocemus illū qui de cęlo veniens, languores nostros tulit, qui ait: Non est opus sanis medicus, sed ma. ha. Habes vulnera, medicinam nō differas: Aspice spūalibus oculis quomodo cōclusus sis. vnde: Leuaui oculos meos in montes, &c. Et alibi: Oculi nostri ad dominum deum nostrum. Hinc quoque suprà sub eadem litera: Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini. Ideo sub hac litera redemptoris nostri forma proponitur, qui de lacu nouissimo inuocat & fidenter orat, & gemit & clamat, non voce sed mente, vbique dominum præsentem sentit, & sibi appropinquantem in die inuocationis, & deum dicentem: Ne timeas, qui dicit: Confidite, ego vici mundum. vnde: Dominus illuminatio mea, & salus mea quē timebo, &c. Talis vox cordis, talisq; fides, magnus clamor est. Est enim vox cordis & clamor, & vox sanguinis quę ad dominum peruenit. Hęc vox exaltatur sublimitate, & conceptu virtutum: sed non intentione sonorum. Grandis clamor fidei, per quam clamamus, Abba pater. Spiritus quoque clamat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Magna est vox iustitię & charitatis, per quam mortui non modò loquuntur, sed clamant sicut Abel. Magna est vox apostolorum, quia: In omnē terrā exiuit sonus eorum. Hac voce clamat caput nostrum, clamant & membra: clamat Rachel plo. li. su. dicens: Ne auertas aurem tuā a singultu meo & clamoribus. Clamat Moyses cui dicitur: Quid clamas ad me? Sed sciendum: quia in corde clamant alij, alij in corde loquuntur. Loquebatur Anna, quę orabat pro priuatis id est filijs. Clamabat Moyses ardore charitatis. Sub hac ergo litera, conclusio nostræ demersiōis exprimitur, & inuocatio vt amplius clamemus agno scitur, & singulis dicitur: Aspice quomodo sis conclusus. Clama ad deum qui præsto est. Ne auertas aurem tuam, &c. quia conclusit deus omnia sub pecato, vt omnium misereatur. vnde: Miseri estote, plorate. Q. aspicite conclusionem vestram, inuocate de lacu nouissimo. ¶Gilibertus. Non loquaci, sed dicaci, non studioso, sed perspicaci rhetorica semina iacim⁹, vt quod aliquibus in locis lamentationum facimus, faciat ipse in omnibus. Hoc tamen generaliter notandum, quòd sicut iudicis misericordiam comparando quinto conquestionis vtitur loco, incommoda sua sigillatim exponendo: sic in aduersarios indignationem excitando duodecimum indignationis ponit locum, colligens quę in negotio acta sunt vel secuta, cùm vniuscuiuscunque indignatione & criminatione rem verbis ante oculos iudicis exponens vt indignetur, ac si interfuerit & viderit. vnde: Vidisti domine. omnē furorem, vniuersas cogitationes, &c. b ¶Res. Caput, vel capitis, vel primatus. Caput nobis est vel forma capitis, vt consideremus autorem vitę, qui est caput nostrum omnia fouens, omnia regens, & sensibus implens. Sensus enim sapientis in capite sublato capite non agnoscitur corpus, nec supereſt causa viuēdi. G Quid ergo caput de se sentiat, audiamus. b ¶Iudicasti domine causam ā. Hæc vox tam capitis est quàm corporis, vt nec caput sine corpore, nec corpus sine capite. Causa animę iustitia, quæ capiti coaptatur, redēptio corporis est, redimitur enim qui venundatur. Sub peccato corpus non cōsidit suis viribus, nisi iustitia capitis suffrageretur. Iustitia ergo Christi iudiciū patris redēptio hominis, more ergo rhetorico ā persona iudicis captat, iustū iudicem collaudat, deinde causam animæ, tandē cur venerit, redēptionem ostendit. Est enim redēptio vitæ nostrę, quā suā esse propter charitatem declarat, vt nos in illo & ipse in nobis vnuat. Tandē per indignationē aduersariorū iniquitatē & furorē cōmemorat, vt iudicē in se misericordem, in aduersarios indignātem reddat. Q. licet probares causam animæ meę, vidisti tamē furorem eorum aduersum me. Iudica er. iu. In quo patet, q iniquitatē reprobādo puniat, æquitatem diligat, & singulorum cogitationes discutiat, qui (quali caput mēbra regit & vīuificat) & omnia iustē dispēsat. Est autem hæc vox electorū. i. corporis Christi, q primatū benedictionis adepti sunt. Res enim sonat primatū. Alius est enim populꝰ, q Esau pri Genesis mogenita vendidit, alius qui emit. Singula ergo corporis mēbra capitis gratiam participant, primatū gratię vēdicant, vt vigor capitis ad singula mēbra perueniat. In capite vigor vitæ, & p primatus nostrę hereditatis. Hoc omni corpore expolito custodire debemus sicut serpens caput custodę, exponit corpus, quasi in eo vitam esse nouerit. Sine hoc capite non viuimus. Hinc tribus versibus electi per caput (quod est Christus) patri cōmendantur, cuius indicio iustificati & redempti offeruntur, & iniquitas & furor aduersariorum & cogitationes condemnantur, & mira capitis & corporis vnitas declaratur. c ¶Redemp. v. m. alij, Defensor. Redēptio mēbrorum, defensio verò capitis & corporis est. Redēptio ergo & defensio totiꝰ nostræ saluationis Christum offertur patri, vt p simplicē eiꝰ mortē, nostrę duplę redēptio exhibeat. Restat ergo vt in capite primatū seruemꝰ, q auferri nō pōt, si nō auferatur Christo. Sit ergo caput seruādi summa studij & opis. Sūma spes & virtutis, vt simꝰ in vnitate corporis Christi cōiūcti nostro capiti.

☞ vnde

Nicolaus de Lyra.

✠ a ¶Inundauerunt aquæ. i. multitudo aduersariorū, eo modo loquēdi quo dicitur Isa. viij. b. Adducet dñs sup eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorum, &c. b ¶Dixi, Perij. i. non habēs remediū via humana. Et quia nō remanet nisi via diuina, ideo subditur: c ¶Inuocaui no. tuū dñe de la. no. i. de extrema miseria. Vel istud pōt exponi ad literā de Ieremia, qui fuit posit⁹ in lacu, in quo nō erat aqua sed lutū, vt habet supra. xxxviij. & ibi orauit dñm & exauditus fuit, & de lacu eductꝰ, ideo subdit e ¶Appropinquasti in die quando inuo. &c. me assecurando. f ¶Iudicasti do. cām &c. liberando me à præparata mihi morte. Ra. Sa. verò exponit hoc dictū esse in pſona populi di. q istud refertur ad pristina tēpora, in quib⁹ deus suo iusto iudicio liberabat populū Israel ab aduersariis, vt in exitu de Egypto & in multis alijs locis: vt patet in libro Iudicū & etiam Regum. & est sensus: Iudicasti domine &c. i. consueuisti me domine ab antiquo liberare ab affligentibus me iniustè, ideo sic facias modò, ꝓpter quod subditur: g ¶Vidisti domine iniquitatem, scilicet Chaldęorum. h ¶Aduersum me. quia crudelter & iniqua voluntate abusi sunt victoria habita de Iudeis. i ¶Iudica iudicium meum. liberando me sicut consueuisti facere.

✠ Audisti

✠ c ¶Inuocaui no. tuum domine de la. no. per hoc nō est intel- Moralitas ligendum, q̄ oret ecclesia pro damnatis, sed pro existentibus in purgatorio, quod est quędam interni portio. d ¶Vocem meam audisti. quia deus semper est paratus audire vocem humiliter deprecantis: licet nō semper exaudiat in affectu statim, sed tempore competenti, ideo subditur: f ¶Iudicasti domine causam animæ meæ. me liberādo competenti tpe. g ¶Vidisti domine iniquitatē illorū. i. dęmonū & obstinatorū hominū in peccato: qui

✠ sunt membra

Sade. Inundauerunt aquę super [a]
a ¶Caput enim sum ecclesiæ. b ¶In membris despe rantibus. c ¶Vocatio, vel conclusio, vel aspice.
[a] caput meum: dixi, Perij. Cōph. [b]
a ¶Vox Christi secundū humanitatem. ¶A persona iudicis. b ¶Qui liberasti Danielem de lacu leonū.
Inuocāui nomen tuum domine [c]
a ¶Corruptionis. ¶De inferno. b ¶A persona sua, quod humiliter & suppliciter orat.
de †lāci nouissimis. Coph. Vō [b] [d]
a ¶Exaudisti petitionem meam. Quasi: Qui audisti exaudisti. ¶Forma orandi & sperandi proponitur nobis. Misericordes estote & in-
cem meam audisti, ne auertas au
rem tuā à singultu meo & clamo
a ¶Cordis. b ¶Ad te fecisti appropinquare.
ribus. Coph. Appropinquasti in [e]
a ¶Dominus illuminatio mea & sa. mea quem ti.
die quādo inuocaui te: dixisti, Nē
a ¶Caput, vel capitis, vel primatus. ¶Vox capitis. b ¶Iuste.
[b] timeas. Rēs. Iudicasti domine [f]
a ¶Iustitiam. b ¶Vox membrorum quæ vendata sub peccato.
[c] causam animę meę, [b] rēdēptor ui
¶Quem nihil latet.
tę meę. Res. Vidisti domine †in- [g]
a ¶Aduersariorum. f. b ¶Qui omnia iuste iudicas.
iquitatē illōrū aduersum me: iū- [h] [i]
¶Secundum quod audisti. ¶In actu-
dica iudicium meū. Res. Vidisti

17 A vnde Isaias: Auferam à Iudæa caput & caudam, id est initium & finem. Caput Iudæa amisit, quando Christum non accepit qui est principiū ecclesiæ & primatus, & primogenitus ex mortuis. Ipse est finis legis ad iustitiam omni credenti, per quem iniquitas damnatur, æquitas coronatur, furor & cogitationes aduersariorum reprobantur. Iam verò quid Sin litera contra eos afferat, videamus. a ¶Sin. Paschasius. Dentium vel super vulnus dentium. Aduersus Christum opprobria planguntur, de quibus dicitur: Dentes eorum arma, & sagittę &c. quorum labia insurgunt cōtra veritatē. Q. labia dolosa in corde & corde lo. s. Sub hac eadem litera inquit Dauid: Principes persecuti sunt me erga &c. Et alibi qua si huius literę interpretationē exponēs ait: Super dolorē vul. e. ad. quasi de medicina mortē sumpserūt. vnde: Apponent sin. eorum &c. Interp̄tatur enim hec litera, vt diximus, super vulnus, vnde prophera lamētatur, quia (cū hac medicina vulnera curētur) his superadiderunt, qui mala pro bonis reddiderūt & perfidiā & fide prophetarū messuerūt, & perfidię homicidia addentes, hęc mala cōsummata iust⁹ arbiter iusto patris iudicio offert punienda, quorū incredulitas vulnus super vulnus: dñi intersectio fuit. Super vuln⁹ rectè medicamentū apponitur, quo vulneris †asperitas mitigęt. Sup vulnus oleū infunditur vt molliat: hi autē reiecto medicamento, super vuln⁹ infidelitatis pfidiā addiderūt & mortē, sicut omnes reprobi ex patiētia dei quæ ad pœnitētiā nos adducit, secūdum duritiā cordis irā thesaurizāt sibi omnes cogitationes eorum &c: Deum vbiq; p̄sentē insinuat, cui p̄sto sunt omnes cogitationes & corda. b ¶Audisti op. Hoc est ei audire quod videre, & videre quod scire, quē nulla latēt, cui omnia patent, reprobi autē quasi super vulnus peccati irā thesaurizār sibi. vnde addit: c ¶Sessionem eo. & re. eo. Insultando enim & sub fanādo nō minus cōtra caput ſquiūt quā contra corpus, quasi iudices & doctores in cathedra pestilentię sedētes, quorū nullus fouetur medicamine: quia omne caput lāguidū, & omne cor mœrēs à planta pedis vsq; ad ver. nō est in eo sa. & vbi vniuersitas plectatur & totū corp⁹ cōsumit: tā nō est malagma ponere. Est autē & mētis vuln⁹ qđ oleo spūssancti fouet: & pacificis sermōib⁹ qui bus expellit nequitię vir⁹. Sunt em̄ y borū somēta, & medicamēta. Sūt legis vincula, qb⁹ alligati soluunt, cōfracti solidāt. Sub his itaq; y sib⁹ irreuocabilis malorū insania plāgit, q omnē medicinā repellit & quasi sup vuln⁹ Christus attulit, qui vinū & oleū in semitiui relicti vulnera effudit & alligauit, & stabulario q curā illi⁹ haberet cōmisit, q de Ierusalē descēdebat i Iericho. Cauea⁹ ergo ne ab Ierusalē descēdamus, peccādo: sed ascēdam⁹, benefaciēdo. Si tamē peccauerim⁹ ne desperemus, quia medicū habem⁹ qui alligatura cælestiū verborū super vuln⁹ imponit di. Pœnitētiā agite, a. e. r. e. hic vulnera curat, & cōfracta solidat, ideo desperare plāgunt & cōtra Christū & ecclesiā incessanter debacchantur, deridētes & subsānātes, q secūdū opa sua iudicabūt. vñ sequit: Reddes eis vicē &c. d ¶Tau. Signa, vel errauit, vel: cōsummauit. Quæ em̄ hīc dicunt, signa sunt futurorū. vñ psal. Ostēdisti populo tuo dura, dedisti metuētib⁹ te sig. v. sa. s. ar. Sed quia noluerūt auerte re. e ¶Reddes eis vi. domi. iu. ope. sua. Hanc primùm Iudęis reddidit, qui corde obdurati, & perfidia cęcati: à fide & veritate amplius repulsi sunt, ne possent intrare in iustitiā dei & viam salutis. Qui enim vitā peremerūt, mortē promeruerūt, errauerūt em̄ secundū q̄ Tau interp̄tat, errauit, Errat autē & oīs reprob⁹ q cor de ipœnitēti obdurat. Ideo & dñs cōsummauit iustitiā suā quod signat p Tau literā quæ iustitiā sonat. Vnde sequitur: f ¶Dabis eis scu. cor. &c. quia dum laborē passionis deriserūt, eodē cor suū texerūt, nec prędicatiōis iaculis penetrari permiserūt. Sic ergo reprobi, quos mittat ad pœnitētiam patiētia dei, eādem opponūt sibi quasi scutū cordis, vt nō videāt qđ sustinēs laboret, & sic thesaurizant sibi irā. Tendit arcus iudicij, dum sustinet patientia dei, sed hi duritiam cordis & excusationes obiectāt, ne verba vitæ suscipiant. Hinc prophera dicit: Laborauī sustinens, cùm perfidi dei filium laborantem & passione viderūt. Quia, ergo significationem vt fugerēt à facie arcus cōtēpserūt, rectè sequitur: Persequeris in furore &c. vt quia obdurati & sedentes in cathedra pestilē tię & surgētes cōtra dñm, tanquā puluis à facie terrę sub ęqlis cō

terantur: quia nec cælum esse nec cęlestibus disciplinis voluerunt inhærere. Qui enim Christum & mēbra eius persecuti sunt, iure in furoris persecutione contriti sunt, vt audiant: Discedite à me malig. in ignem æternū, &c. Hæc sunt enim signa quæ præcurrerunt vt fugerent à fac. ar. & noluerunt: vnde retrò sub hac litera, voce ecclesiæ prędictum est: Ingredia⁹ omne malū eorum coā te, & deuindemia eos pro. e. &c. Et in alio alphabeto: Non fuit in die furoris d. qui effugeret & reliquerei &c. Rectè ergo Tau cōsummationē sonat, quia sub ipsa finem & consummationē accipit, qui est Christus: impietas verò cōsummationē dānationis & finē ne vltrà possit exaltari. In vtrisq; prędictis signa veritatē exhibēt suę significatiōis. Nam dñs ostendit populo suo dura in signo crucis, vt liberent dilecti. Illos verò qui signo crucis noluerunt signari, cōsequetur veritas signorū, & cōtritio eterni supplicij, qui cōtra documēta & cōtra miracula scutū p fidię obiecerūt. Electi verò habent scutū bonę voluntatis quo coronantur: quia quos deus protegēs adiuuat, remunerans coronat. De scuto reproborū dicit: Corpus illius quasi scuta fusilia. Corpus enim diaboli sunt reprobi (quasi scuta fusilia) fragiles & infirmi. Scuta quidē fusilia cōtra sagittas robusta, casu fragilia, sic & reprobi per obstinationē duri sunt per vitam fragiles, nullo prędicatiōis iaculo penetrandi, quia scuto prauę defensiōis protegitur. D De talibus ergo rectè plangi. Dabis eis scu. &c. Abutentes enim dei patientia cogitant deum nō curare talia, aut non videre: aut cōditorem in causa esse sicut Adam, qui ait: Mulier quam dedisti mihi psuasit, & comedi. Mulier quoq; culpā retorquens in serpentem, obliquat in autorē. Hoc scuto protectus Cain ait superbe & cōtumeliosē: Nescio domine, fraudulēta humilitas & falsa negatio. Nunquid custos fratris mei &c. contumax cōtra deum obiurgatio. Sic quisq; dum dei patientia abutitur, & signa iudicij metuere dedignatur, nec signo huius literę munitur, mulctatur iusta damnationis vindicta: qui non solùm errauit, verùm etiam consummauit & impleuit mensuram peccatorum suorum. vnde: Nondum em̄ cōpleta sunt peccata Amorrhęorū, quibus cōpletis mox promissio & vindicta venit: Qđ hīc oftēditur p literam quę consummauit interpretatur peccatum cōsummatum, generat mortem: cor purum impœnitēs est cōsummatio. Cum gemitu ergo & lachrymis oremus, vt cor nostrum emolliat dominus, vt signa eius metuamus, & potati vino cōpunctionis fugiamus à facie are⁹. ¶Gi liber. In graui stylo lamentationes esse cōpositas manifestum est: Ponuntur em̄ cuiusq; rei verba ornata, vel propria, vel translata sententię graues, cū amplificatione & miseratione, & cùm sententiæ ornatę cū verborū grauitate, sicut hīc: Quō obscu. est au. &c.

Tatiōnes eorum aduersum mē. Sin.

a ¶Vt Dæmonium habes, & huiusmodi.

Audisti oppróbria eorum domi,

a ¶Vt quid cogitaris mala in cor. vestris.

ne, omnes cōgitationes eorum ad,

a ¶Labia dolosa in cor. & cor. lo. s.

uersum me. Sin. Labia insurgènti,

um mihi, & meditationes eorum ad

¶Assidue.

uersum me tota die. Sin. Sessionem

a ¶Quasi magistrorum. b ¶Exaltationem.

corū & resurrēctionem eorum ui,

a ¶In me psallebant qui bibe. vinum.

b ¶Signa vel errauit vel consummauit.

de: ego sum psalmus eorum. Tau.

a ¶Vt pro infidelitate amplius repellantur a fide.

Reddes eis tuicem domine iuxta ope

a ¶Qui reddis vnicuique secundum opera sua.

rā manuum suarum. Tau. Dabis

a ¶Ne penetrentur iaculo prædicationis.

b ¶Passionem, crucem, mortem.

eis tscū tum cordis laborem tuum.

Nicolaus de Lyra.

✠ a ¶Audisti oppro. &c. non solùm prolata cōtra populum tuū sed contra ipsum, quia deū Israel reputabant impotentē ad saluandū. b ¶Labia insur. mihi & medi. &c. Replicatio est eiusdem sententię ad maiorē exaggerationem. c ¶Sessio eorū &c. vide &c. d. tu domine qui vides omnia, tu vides quòd Chaldæi sedēdo & stando derisorię cantāt & loquuntur de me. d ¶Reddes eis vicem domine. quando tibi placebit secundū ordinem tuę iustitię. e ¶Dabis eis scutū cordis. Id est obdurationem in peccatis, vnde habetur in Hębreo: Obdurationem. f ¶Laborē tuum. Id est laborem seruorum tuorum, qui dicitur labor tuus, eo modo loquendi quo dicitur, Actu. ix. Saule Saule, quid me persequeris? Persecutionem enim suorum fidelium tuam dicit: Propter laborem enim & dolorem quem fecerunt Chaldæi Iudæis iustis: quorum plures erāt inter captiuos, qui meruerunt vt deus subtraheret ab eis suum auxiliū & gratiam: & sic ī malis obdurarentur, & à Mœdis & Persis interficerentur, ideo subditur:

✠ Persequeris

✠ sunt membra eorū. de quibus subditur: a ¶Audisti oppro- Moraliter
briū eorum. nam infideles quasi cōtinuē blasphemant Christū. c ¶Sessionem eorum & resurrectio. vide &c. q. d. sedendo & stando derisorię loquuntē de me. d ¶Reddes eis vi. pœnam debitam. e ¶Dabis eis scutum cordis laborem tuum. i. dimittes eos in obdurationē ad molestandum te in membris tuis.

✠ Persequeris

De Lyra Thren. Cap. IIII. Glos. ordi.

a ¶Persequeris in furore tuo, Id est in vindicta tuæ iustitiæ.
b b ¶Et conteres eos. Per Cyrum & Darium, vt habetur Da. v.
Moraliter * a ¶Persequeris in furore. Finalis iudicij. b ¶Conteres eos sub cælis domi. Id est in inferno, qui est in mundi profundo.

¶In capite tertio. Ego vir videns.

In hoc capite est tertia ADDI. lamentatio, vbi prophe-
ta posquam deplorauit destructionem
Ierusalem quæ erat solium regni in pri-
mo capite, & deinde destructionem to-
tius regni Israel in secũdo capite: Nunc
* hæ sunt in tertio incipit lamentari afflictionem
suũpsius in carcere positi, & in lacu con-
stituti, sicut habetur Ieremię. xx. & xxviij.
Vel potius & magis propriè ad literam
deplorat passionem Christi, cuius memo
ria hîc introducitur, eò quòd sicut inter
omnia meritoria quæ in Ierusalem fue-
rũt acta, fuit summum passio Christi, sic
inter omnia peccata quę fuerunt in Ieru-
salem materiali commissa propter quæ
irreparabiliter fuit destructa, occisio
Christi summum tenet locum. vnde in fi
ne huius tertiæ lamentationis concluditur
punitionem Iudęorum finalẽ: quę etiam
hodie durat dicens in fine: Persequeris in
furore, &c. Quam quidem passionem in
persona Christi deplorat in multis versiculis. In primo enim la-
mentatur de sua expoliatione, qua exuerunt eum vestimenta sua,
& nudauerunt sicut pauperem. vnde incipit: Ego vir videns pau
pertatem meã. Secundo verò lamẽtatur de sua captiõe & alliga-
tione quę fuit facta nocte à cohorte & tribunis. vnde subdit: Me
minauit & adduxit in tenebris & nõ in lucem. Tertio verò lamẽ
tatur de sua vexatione, qua per totam noctẽ in domo Caiphæ &
Annę fuit à Iudęis vexatus. vnde subdit: Tantum in me vertit: &
conuertit manũ suam. Subdit etiam: Vetustã fecit pellem meam,
ædificauit in gyro meo, in tenebrosis collocauit me. Quarto la-
mentatur de sua acclauatiõe qua fuit cõclauat9 in cruce. vnde sub
dit: Circumędificauit aduersum me, vt nõ egrediar, aggrauauit
compedem meum. Quinto verò lamentatur de sua acclamatiõe
qua clamauit i cruce, & absq; exauditiõe vt videbatur, cũ subdit:
Sed & cũ clamauero & rogauero: excludet orationẽ meã: conclu
sit vias meas lapidibus quadris. Sexto lamentatur de sua illusiõe
F & blasphematione, de qua scriptum est: Prętereuntes blasphema
bant cũ mouẽtes capita sua: & hoc faci t cũ subdit: Versus insidiãs
factus est mihi: posuit me quasi signum ad sagittã, factus sum in
derisum omni populo, canticum eorũ tota die. Septimo lamenta
tur de sua cibatione & potatione ex vino myrrhato & misto cũ
felle, vas enim fuit ei impositum plenum aceto: & hoc facit cũ ait:
Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absinthio: recordare
absinthij mei & fellis. Octauo lamẽtatur de sua solicitudine in cru-
ce, & omni desertione excepto latrone: de cuius conuersione agit
cùm dicit: Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. &
sequitur verbum Christi ad latronem: Noui diluculo, multa est
fides tua, & subditur verbum latronis: Pars mea dominus pro-
pterea expectabo eum. Nono lamentatur de multiplici colaphi-
zatione cùm ait: Dabit percutienti se maxillam, saturabitur op-
probrijs. Decimo lamentatur de lachrymarum effusione in cru-
ce, de qua dicit Apostolus ad Hebræ. v. b. Quòd cum lachrymis
& clamore valido preces obtulit deo. & hoc facit cùm subdit:
Oculus meus afflictus est, & sequitur: Diuisiones aquarum dedu-
xerunt oculi mei, Vndecimo lamentatur de morte & sepultura &
lapidis obuolutione ad ostium monumenti cùm ait: Venatione
ceperunt me quasi auem lapsa est in lacum vita mea, & posue-
runt lapidem super me. Duodecimo lamentatur de mulierum fle
tu & vlulatione. vnde ait: Inundauerunt aquæ super caput me-
um. Decimotertio verò agit de sua descensione ad limbum, cùm
dicit: Inuocaui nomen tuum de lacu nouissimo, vocem meam au
disti. Decimoquarto agit de sua resurrectione, ibi: Appropinqua
sti in die quando inuocaui te, iudicasti domine causam animæ
meæ. Decimoquinto agit de Iudæorum malitiosa machinatio-
ne, qua post resurrectionem dederunt pecuniam militibus, vt di-
cerent quòd discipuli eius ipsis dormientibus fuerunt eius corp9
furati, ideo subdit: Vidisti domine iniquitatem illorum labia in-
surgentium: & meditationes aduersum me. Decimosexto verò &
vltimo agit de congrua Iudæorum punitione propter illud pec
catum, & eorum destructione & persecutione quam hodie pati-
untur: vnde subditur in fine lamentationis: Persequeris in furo-
re, & conteres eos sub cælis domine. In hoc lamentatio tertia
finitur.

a ¶Ergo. ¶Hic vel in futuro sicut me persecuti sunt. b ¶Ite maledicti in ignem æternum.

Tau. Persequẽris in furore tuo, & a
a ¶Vnde duplici contritione. con. e. do.
b ¶Quia cælestes esse noluerunt. b
conterẽs eos, *sub cælis domine.

Caput IIII. Aleph.

a ¶Attentos facit, dicendo rem magnam, nouam, incredibilem,

QVomodo obscura- c
a ¶Fides Iudæorum. ¶Vita sa cerdotum. ¶Ignitum dei verbum.
tum est aurũ: tmu- d
a ¶Sanctitatis habitus, charita-tis, ornat9. b ¶A sõlario dei.
tatus est color optin.9: dispersi sunt e
a ¶Vasi. ¶Patriarchæ & prophetæ. ¶Sacerdotes Christi monachi, virgines, virtutes. ¶Qui in hoc nore esse volunt, quamuis secularia quærant.
c lapidẽs sanctuarij in capite omnis

QVomodo. Cap. IIII. G
obscuratis & increpantis, sicut & illa: Quomodo sedet sola ci-
uitas. Deplãgitur Iudęorũ duritia, quorũ patres refulserũt quasi aurũ & lapides pretiosi, in sanctuario dei,
in fide & operibus præclari: posteri eorũ Christo vemẽte ad persi-
diam cõuersi sunt. b ¶Aurum. Quia
fides in nobis remanet, & baptismi sacra-
mentum aurum vocatur, & lapides san-
ctuarij, sed obscurati fuligine peccatorũ
& dispersi per diuersa genera † negotio- † fidelium
rum. c ¶Lapides sanctuarij, virtutes animæ
fidelis. Notandũ quanta sit vis huius lamẽ
ti, quantę propheta charitatis ad omnia
se extendit, plãgit ecclesiã Iudæorum dis
persionem ecclesiarum, nuditatẽ anima-
rum ¶Quo. ob. est aurum &c. Fidei. & innocentiæ splendor quæ olim datur
runt in illo populo: dispersi sunt nõ solũ
per vanitatis negotia: sed in nationes et
teras, qui prius dispersi erãt in capite o
mniũ platearum, latã. i. & spatiosam vi
incedentes. Iustè enim qui de sanctuario
dei se ad negotia seculi expulerunt, à fide
in perfidiam expelluntur, deinde capeliũ
tur. ¶Quo. ob. Moraliter plangit se ani
ma in baptismo niue dealbata, infusione
spirituſſancti auro pulchrè colorata: sed
postea aut hæresibus infecta, aut vitijs obfuscata, cuius sapientia
auro clarius fulgebat, eloquẽtiæ coloribus distincta. Sed dum eõ
cupiscentijs oblectat, aurũ obscuratur, & color denigrat vitijs. Ha
bet anima verbũ diuinũ auro fulgidi9 † quę charitate interiori co
loraf. Sed cũ terrenis applicatur, aurũ obscuratur, & color mutat
in amorẽ. i. mũdanorũ ab amore cęlestiũ. Lap. san. i. aię virtutes disp
gũi. i. c. o. p. qa amissa charitate cęterę dissoluũt, & ad cõcupiscẽtiã
mũdanę vitę inclinat q̃si i ca. o. p. Et lapides ẽs sup rõnale iudicij
annexos, i pectore portare debuit, in ghã & laudẽ dei & sui deco-
ris, colore

NICO. DELY.

CAP. IIII.

QVomodo. Hîc describitur lamentatio sub quarto al
phabeto, & dicit hîc Ra. Sa. cp Ieremias scripsit istud
quartũ caput lamẽtando mortem regis Iosiæ, secun
dum quod dicit. ij. Pa. xxxv. d. Vniuersus Iuda & Io- H
rusalẽ luxerunt eum: Ieremias maximè cuius oẽs cãtores & can-
trices vsq; in p̃sentẽ diem lamẽtationes sup Iosiã replicant, & quasi
lex &c. ergo cũ i trib9 capitib9 præcedẽtib9 nõ fiat mẽtio de lamẽ
tatiõe Iosię, oportet dicere vt videt, cp Ieremias hîc eũ lamẽtaue-
rit, vel quòd lamẽtatiões de Iosia apud nos nõ habent. Sequendo er
go sensum istũ qui videt satis rationabilis: prẽsens caput in duas
partes diuidit, qa primò ponit huiusmodi lamẽtatio. secũdò con-
tra aduersarios inuectio, ibi: Gaude & lętare. Circa primũ sciẽdũ,
quòd sicut dicit Ra. Sa. Ieremias lamẽtãdo Iosiã immiscuit popu
li miseriãtquia Iosias erat caput populi, & ideo de vno transit ad
aliud, ppter cõnexionẽ capitis ad mẽbra & econuerso: & secũdũ
hoc diuidit i tres ptes: qa primò Ieremias lamẽtat regni mutatio
nẽ. secũdò populi destructionẽ, ibi: Sed & lamię. tertiò Iosiæ oc-
cisionẽ ibi: Spũs. Circa primũ sciẽdũ, cp sicut Iosias fuit sanctis
m9, vt patet. iiij. Re. & ij. Pa. sic filij ei9 succedẽtes ei fuerunt pessi
mi. s. Ioachaz Ioacim & Sedecias, vt patet. iij. Re. xxij. & xxiij. &
ideo per mortẽ Iosię fuit mutatus regni status à bono in malum:
& hoc est quod dicit Ieremias admiratiuè: Quomodo obscura
tum, est aurum. per quod intelligitur status optim9 regni sub Io-
sia propter auri claritatẽ & ptiositatẽ. d ¶Mutatus est co. op.
quia tẽpore Iosię viguit diuinus cultus & sub filijs suis idololatria.
In Hebręo habet: Mutata est massa bõa: p quã intelligit Iosias. ex
quo tanquã ex massa optima processerũt filij pessimi, quod estima
gnę admirationis materia, ideo sequitur: e ¶Dispersi sunt la-
pides sanctuarij. id est Iosiæ filij, qui dicuntur lapides pro- Moraliter
pter obdurationem Adapa
Moraliter. c ¶Quõ. obscuratum est aurum. &c. per aurum
quod est inter metalla pretiosius, charitas significatur, quæ tanta
fuit in ecclesia primitiua, quòd multitudinis credentium erat cor
vnum & anima vna: sed quãtũ sit immutata p guerras mortales
inter Christianorũ principes demõstrat. d ¶Mutatus est co.
optimus. s. exterioris cõuersationis, in qua relucebat maturitas &
honestas, sed nunc ferè in omni statu apparet dissolutio & inhone
stas. e ¶Dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium
platearum. quia religiosi qui in claustro debẽt esse clausi, exposi-
ti sunt tumultibus secularium negotiorũ, de quibus adhuc subdit:
* Filij Sion inclyti

ris, colore dilectionis dei in deterius cõmutato, dispersi iacent in capite plateaꝝ: q̃ tamẽ verbi dei substãtia in nobis manet incorrupta, quãuis peccatis obscurata, nõ natura substãtiæ pẽpta, sed obscurata plãgitur: etsi enim hæretici integritatẽ fidei corrũpere videãtur, vis verbi & natura nõ soluit, obscuratur quidẽ, sed nõ corrumpitur. Ita ergo obscuratur aurũ:

Plato 6. eloquiũ. s. dei ignitum & præceptũ dñi lucidũ il, oculos. q. d. quõ obscurat mihi quod lucet alijs, & transfugas cõuertit. ¶ Aliꝰ. Quõ obscu. &c. Vox ecclesiæ, aurũ fuerunt innocẽtia dei, & prærogatiua patriarcharũ: sed obscurati sunt

Allegori. sordibus delictorũ, vel aurũ obscuratũ reproba vita ministrorum dei, sordibꝰ fuscata: quõdã virtutibus gloriosa, nũc p negocia seculi obscurata. Color optimus, sanctitatis habitus p terrena & abiecta mutatus. Dispersi sunt lapides san. &c. qui. s. intrinsecꝰ seruabãtur sum mi sacerdotis vsibꝰ, cũ ad sanctasancto rũ ingrederẽ. Lapides quoq; sanctuarii, sacerdotes Christi & ministri altaris monachorũ & virginũ chori, qui sem-

†apparet per debent †assistere conspectibus dei: qui nõ debent exire foras: nec occupari circa secularia, sed dum foras aliꝗ ingeditur sparguntur, iure in capite plateaꝝ vagãtes plangũtur. Non est secularis vitæ actio, quam non administrant sacerdotes, & ministri altaris: monachi implicãtur secularibus negotijs, virginũ castitas multis exponitur illecebris. Platea Græcè a la

Matt. 7. b titudine dicitur. Lata est enim & spatiosa via quæ ducit ad mortem. Dispergũtur ergo lapides, nõ solũm in plateis, sed in capite omnium plateaꝝ, dum per desiderium opera huius mundi agũt & de religioso habitu, deinde culmen honoris vel laudis quærunt. Horum lapidũ ordinem dominus promittit dicẽs: Sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, &c. Sternit Christus in ecclesia electorũ animas meritorum varietate distinctas, fundauit eam in sapphiris qui sunt aẽrij coloris. i. animabus cælestia petentibus. Iaspidem posuit propugnacula (qui ẽ viridis coloris) illos scilicet qui in viro

Isa. 54. c. re fidei contra aridos & marcentes ecclesiam defendunc. a ¶ Filii Sion. Historicè. Iudæorum prærogatiua ostenditur, qui nõ solũ terrenæ Sion filij, sed cælestis, genere & doctrina. Inclyti. pri-

B uilegio gratiæ, adoptati præ cunctis filijs dei, & amici vocati. quorum patres, patriarchæ, & prophetæ (ex quibus Christus est) ami

Prouer. 8. c. ci auro primo. id est dei sapientia. vnde: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Hoc auro amicti fulgebant, quasi luminaria in mundo, auro primo. i. sapientia cælesti, non secundo, id est

Prou. 3. b. seculari secundum illud: Primi & purissimi fructus eius. Cũ enim radix sapientiæ sit timere deum, fructus eius est videre ipsum.

Allegorice ¶ Allegori. Hoc auro ecclesia quoque amicta gloriatur, sed & Iudæi mutati reputantur in vasa testea, & ecclesiæ membra. Ecclesiæ enim filij, sapientia dilectionis dei & proximi amicti, ad fragilia, & terrena labuntur opera, & fiunt vasa testea, quæ debuerunt

Cant. 6. a. vasa incorruptibilia esse & cælestia. Hoc auro amicta est ecclesia,

†qua pulchra vt luna, electa vt sol, & filij eius inclyti, auro primo amicte: in quorum nouitate nihil est sordidum † qui reformantur in gradum pristinæ dignitatis, quæ est prima stola, id est immortalitas. vnde: Filii Sion inclyti, & amicti auro primo. Est aurum Arabicum purissimum, quod de Saba offertur domino. Est pretiosissimum quod de Ophir offertur. Ophir enim risus vel herbosus interpretatur, de illo scilicet risu in quo oĩa gaudia, vbi aĩæ

Prou. 3. b. sanctorum in herbis virentibus requiescunt. Hoc iure primum

Iob. 30. b. dicitur: Hæc enim sapientia & immortalitas pretiosior est cunctis opibus: reputati sunt in vasa testea. vnde Iob: Comparatus

Psal. 17. b. sum luto &c. vnde & alibi: Vt lutum platearum delebo eos. De

Ezech. 7. a. luto enim sunt vasa testea, sed alia in honorem, alia in contumeli-

Rom. 9. c. am. de quibus dicitur: Vasa figuli probat fornax. ideo sequitur: Opus manuum figuli. quia sicut figulus habet potestatem de eadem massa aliud vas facere in honorem, aliud in contumeliam: Sic Christus potest facere de luto vasa aurea tribulatione excocta, & alia relinquere in confusione sua. ¶ Tertiusdecimus conquestionis locus. Conqueritur enim cum indignatione, quòd ab his malè tractatur, qui debuerunt adiuuare. b ¶ Sed & lamiæ &c.

Hiſto. Lamia Histori. Scribarum & Pharisæorum duritia exprobratur, qui lamijs duriores, hac doctrinæ parsimonia negauerunt. Lamia autem crudelior suis fœtibus quam cæteræ bestiæ dicitur. Vnde lamia quasi lania appellatur, quia catulos suos laniare creditur: Sic Pharisæi populo doctrinam negauerunt, & insuper laniauerũt sirus-

thionibus similes: quę oua sua vbiponunt exponunt, nec in fœtũ calefaciunt. Lamia Hebraicè לילית lilith nominãt. Quã quidam Hebræorũ vnã de furiis infernalibus suspicãtur, quę pareę dicuntur, eò quòd nulli parcãt. Quibus similes sunt scribæ & Pharisæi, qui etiam manus miserũt in filiũ dei. Plãgitur ergo synagoga quę quasi struthio nullam sibi spem aut posteris relinquit in posterũ. C

¶ Sed & lamiæ &c. Morali. Per lamiam prudentia carnis designat quæ catulos, id est actꝰ suos quos genuit q̃si fœuissima bestia lacte mortis nutrit, sed sæpe in melius commuta ta efficitur prudentia spiritus, & detegit crudelia flagitia, & lacte doctrinæ & pietatis vbere lactat & nutrit catulos, mores. s. & actus suos: vt de feritate ad mansuetudinem transeant. Sed prudẽtia carnis, id est filia populi mei quę diu obduruit, crudelis ẽ quasi struthio quæ oua sua sine calore amoris & fomento pietatis & sine spe prolis dere- †serpentes linquit: ita prudentia carnis omnia opera sua pro præsentibus facit sine cura futuri. ¶ Allego. Sed & lamiæ. Allego. Per lamias hypocritarum & hæreticorum callida peruersitas designatur: qui faciem humanã, sed corda beluina gestant. Mammam nudant, quando errorem suum liberè prædicant, catulos lactant, quando sequaces peruersa doctrina oblectant, & ad ipietatẽ malè nutriẽdo confirmãt. ¶ Filia po. mei &c. ecclesia scilicet delinquentis plebis quę filia sanctorum dicitur, per quos in Christo renascitur, sed quasi bestia inuoluta consuetudine peccandi similis est struthi oni: præsentia tantùm cogitanti, sed nihil in futurum speranti, † partus † actus suos sine colore charitatis exponit nullam futurę vitæ curã gerit.

☞ Adhæsit

Nicolaus de Lyra.

✠ pter obdurationẽ in malo. Dicuntur tamẽ lapides sanctuarij, eò quòd processerunt de patre sanctissimo: & hæc est metaphorica locutio sicut frequenter fit in prophetis. & isti tres filij Iosiæ D sic fuerunt dispersi, quia Ioachaz vinctus ductus fuit in Aegyptũ & ibi fuit mortuus: Ioacim interfectus proiectus fuit extra portas Ierusalem, vt dictum est supra .xxij. Sedecias verò exoculatus fuit ductus in Babylonem, & ibi mortuus. a ¶ Filii Sion. hoc dicitur de filijs Iosiæ qui fuerunt nutriti in monte Sion, vbi erat domus regia. b ¶ Inclyti. quantùm ad genus, vel quia secundum præceptum patris nutriebantur in moribus: quamuis ex sua malitia fuerint peruersi. c ¶ Amicti auro primo. quia ad literam filij regum aurifrigiatis vestibus vtebantur. d ¶ Quo. reputa. &c. i. viliter abiecti, vt patet per prædicta: sicut fragmenta vasorum testeorum pronũciuntur in locum immundũ. e ¶ Sed & lamiæ. Hìc consequenter Ieremias lamentatur populi miseriã. & secundò subiũgit miseriæ causam, ibi: Propter peccata. Prima in duas: quia primò lamentatur miseria famis. secundò destructio nis vrbis, ibi: Compleuit. Circa primum sciendum, quòd bestiæ Diuiſio quantuncunq; crudeles naturaliter diligunt fœtus suos, & aliquando exponunt se morti ad defendẽdum eos: In obsidione verò Ierusalem per Chaldæos tanta fuit fames, quòd viri & vxores absconde bant cibum, & celabant adinuicem, sicut fuit prædictũ per Moysen Deut. .xxviij. s. Homo delicatus in te inuidebit fratri suo, & vxori quæ cubat in sinu suo, ne det eis de carnibus filiorũ suorum, &c. & eodem modo dimittebant filios & filias mori fame, celantes cibum ad mortem propriam differendum, & ideo plangit Ieremias crudelitatem populi sui maiorem quàm bestiarum dicens: Sed & lamiæ. Bestiæ sunt habentes faciem muliẽri similem. f ¶ Nudauerunt mammam. paratæ nutrire fœtus suos. g ¶ Filia populi mei crudelis. id est crudelior ipsis.

✠ Quasi

Moraliter

✻ a ¶ Filii Sion inclyti & amicti auro primo. id est sanctissimę conuersationis. d ¶ Quomodo reputati sunt in vasa testea. Id est deputati ad opera vilia. Et quia per hoc impediti sunt à bona contritione spirituali nouitiorũ. Sequitur: e ¶ Sed & lamiæ nudauerunt mammam. Inter enim alias bestias lamiæ sunt minus beneuolæ fœtibus suis, & tamen nutriũt eos: multi verò religiosi sunt soliciti de receptione nouitiorum, & postea non curant de bona nutritione eorũ, & sic sunt similes illis. de quibus dicitur, Matt. .xxiij. c. Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui circumitis mare & aridam, vt faciatis vnũ proselytum: & cũ factꝰ fuerit, facitis eũ filiũ gehennæ, ideo sequitur: g ¶ Filia po. mei. qua. s. struꝰ quę ponit oua & abscondit sub fabulo, nec fouet ea.

✻ Adhæsit

a ¶Adhæsit.Histo.Extinctis matribus lactẽtes siti cruciabantur. E Paruuli scilicet & grandiores panem petẽtes matribus non erant panes.Ita lactentes sine lacte,paruuli sine cibo periere. Adhæsit lin.Moraliter.Sine lacte blandæ persuasionis & rore spiritussancti,sitibunda lingua prolationis:adhærens palato carnis,obmutescere facit infantiam mentis,& suffocat gladio infidelitatis cordis nostri conceptus,ne ad lucẽ mittantur.vnde:Corde creditur ad iustitiam:ore autem cõ.&c.

†Quid enim valet bonum mente concipere,nisi nutriatur lacte doctrinę,& vbertate gratię?Paruuli petie.pa.paruuli scilicet cogitatus,cùm de Christo & vita eterna cõcipiuntur,mox panem requirunt qui de cęlo descẽdit:sed mẽs depressa ignauiæ suæ torpore,& curis presentis vitę nescit eis panem frangere intelligendo,neq; comminuere ruminãdo:neq; eos satiare dispensando. vnde plangendo additur:Non erat qui frãgeret eis.quia & si diuinitus ad tempꝰ inspirata intus animarur,foris exinanita concupiscentijs tabefacta,viribus vacuatur.¶Adhęsit &c. Alle.quia non habuit lac doctrinę negligente doctore,quasi struthiõe,qui debuit lac doctrinæ ministrare.de quo dicitur:Lac|dedi vobis potum,&c. Paruuli pe.pa. &c. qui possent.i.solidum capere cibum mysteria.s.intelligere,si esset q frangeret.i. exponeret:sed negligunt magistri,lamijs crudeliores fœtibus suis. Scriptura em̃ sacra aliqũ est cibus:aliqñ potus. Potus in apertis,cibus in occultis. vñ: Oẽs sitientes venite ad aquas,id est scripturas,emite & comedite vitæ cibum: vinũ & lac,lac infantiæ,vinũ ebrietatis. b ¶Qui vescebantur &c.Histo.Luce clarius ludæorũ perfidia referatur,quorũ obscuratum est aurum,muratus est color optimus,quem habuerunt in patriarchis & in prophetis: & dispersi sunt (sicut hodie cernimus) in capite omnium platearum.Et quamuis inclyti & amicti auro primo,secundum prerogatiuam patrum, reputati tamen sunt in vasa testea lamijs squiores,& struthionibus,quorum perfidia lactentes siti defecerunt,& paruuli fame perierunt, vt vescebantur voluptuosę in vijs dei,interirent fame, quia omnia scripturarum mysteria,in quibus vescebantur voluptuosę prophetæ & patriarchæ obstinanter eiecerunt,& negauerunt Christum esse dei filium,qui est principium omnium viarum:& ideo in viis seculi interierunt. vnde sequitur: Qui nutrie.in croceis.sunt ster. Croceus color est igneus,quo designatur ignis spiritussancti,quo corda inflammantur. In croceis huiusmodi sancti patres enutriebantur sacramentis gratiarum,sed filij dominum ab negantes amplexati sunt stercora.de quibus Apostol⁹: Omnia detrimentum feci,& arbitror vt stercora:sensum.s. legis literalẽ, quem catholici abnjciunt,vt lucrifaciant Christum volentes habere iustitiam,quæ est ex fide Iesu Christi:cui Iudæi nõ sunt subiecti,qui iustitiam suam volunt constituere,& literam legis defendere. In obsidione quoque pro cibo amplexati sunt stercora, vt pretio detraherentur stercora columbina,nec tamen ad dominum redierunt. ¶Qui vescebantur &c. Moraliter. virtutes animæ voluptuosę vesci,& in croceis nutriri videntur, cùm dilectione dei & proximi affectæ satiantur & illuminantur. Color enim croceus claritatem dilectionis designat. Cùm autem charitas amittitur,reliquæ virtutes amplexantur stercora: quia de bono dei & proximi odore dilectionis transeunt ad fœtorem prauitatis. vnde Paulus: Si charitatem non habuero, factus sum velut æs sonans,&c. ¶Qui vescebantur &c. Allegori. Delinquentes deplorat ecclesia,qui charitatem,& cæteras virtutes in quibus quasi in croceis nutriebantur, derelinquentes stercora delictorum amplexantur.vnde: Computruerunt iumenta in ster.s. In stercore quasi iumenta computrescunt qui in fœtore luxuriæ suæ secundum desideria cordis flagitijs deseruiũt: Quia verò sunt plerique qui ad pœnitentiam non redeunt,plangit eos ecclesia,quia plangere nesciunt & amore peccandi stercora amplexari non desinunt. c ¶Et maior effec.&c. Histo. Per exaggerationẽ scelera synagogę,& miseria deplorantur: secundũ illud: A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Peccatum Sodomorum secũdũ Ezechielẽ,superbia fuit abũdãtia,saturitas panis & otiũ,quia & egeno & pauperi non porrexerũt manũ. vnde hũc quoq;.Et nõ cepe.in ea manꝰ.aliq d boni subaudi

a ¶Præsentia tantum cogitans nihil de futuro curans. a
crudelis qũasi struthio in deserto.
a ¶Indigna ætate. ¶Miseria. ¶Incipientis.
a Daleth.Adhęsit lingua lactentis ad b
a ¶Cui similes:Nobiles interierunt fame: & multitudo eius siti arsit.
b ¶Qui poterant sumere solidum cibum. c
palatũ eius in siti, paruuli petie d
a ¶Verbi dei. b ¶Exponeret. integrum enim paruuli non comedunt.
runt panẽm,& non erat qui frãge e
a ¶Primus conquestionis locus. b ¶Sacramenta scripturæ. ¶In patribus.
b ret eis.Hę. Qui uescebantur uolus f
a ¶Secuti. ¶Quia Christum contempserunt, qui est via, veritas & vita.
ptuosę interierunt in ũiis, qui nus g
a ¶Donis spiritussancti.
triebantur in †cròceis, amplexati i
a ¶Carnalia legis instituta. b ¶Quia notitiam habuit dei & contempsit:Seruus sciens voluntatem domini sui, & non fa.pla.va.mul.
b ¶Quia iustus dominus in omnibus viis suis.
c sunt stercòra. Vau. Et maior effe k
a ¶Peccatis. b ¶Sanctorum patrum.
cta est iniquitas filię populi mei pec
a ¶Qui sine lege & notitia dei. b ¶Sodoma.
cato Sodomòrum,qũę subuersa est l
¶Gaudium hypocritæ ad iniqr punisi.
b ¶Aliquid boni.
in mòmento,& †non ceperunt in ea m

subaudi,ad cõparationẽ.s.mali quod gesit,cui dicit: Iustificata est Sodoma soror tua ex te:quę.s.mandata dei accepisti, & facere Ezech. iussa dei cœpisti:sed|postea cõtempsisti, vt vinceres Sodomã peccatis tuis,quę subuersa est in momento,quantò ergo synagoge pœna grauior quę sceleriosior.Et maior est.Moraliter.scelera animæ Moral. planguntur,quæ in hypocrisim labitur,cuius maior est iniquitas peccato Sodomorum:quæ mala desiderando tegit,bona fraudulenter facit:vñ maior est.est ini.f.p.m.p.so.Sicut populus in sese erigit,ita mores,& actus hypocritarum contra se constituunt,& bona quæ agunt,peiora sunt virtijs Sodomorum: Luc.ii. qa cùm spiritꝰ immundus exierit ab homine,si reuersus fuerit cũ spiritibꝰ nequioribus,fiũt nouissima hominis illiꝰ peiora prioribus.Spiritus ab homine egreditur,qñ in Christo renascitur.Regreditur,qñ inuenit animã à bono opere vacuam.per hypocrisim à sordibus mundatam,& simulationibus ornatam,tũc populo immũdorũ spirituum:& turba vitiorum anima repletur,& maior eius iniqtas pcõ Sodomorũ efficitur. iniquitas filiæ popul.vitiorũ.s.& operũ, &non mittitur manus ad fructũ boni operis,exterius ornata falsis bonis,intus repleta vitijs.vnde sequitur:Candidiores Na.eius niue &c.Alleg. Maior est &c.Plangit ecclesia pctã populi, quasi Matth. maiora peccatis Sodomorũ.Videmus penitentiã,q; fides & iustitia terrã reliquerit, ac.xi. hũanitas & benignitas nulla fit,discordia & cõcupiscentia orbem incendat,ira & irę & inuidię flamma vorax,rapinis & fraudibꝰ ecclesia populat: pauperes exossant,iam iacet terrarum orbis in vepribus incultus,legi iura,p fabulis habent,diuina & humana fasq; nefasq; confundunt: quotidie innumera mala cumulant.Maior ergo iniqtas nostra,q; eorũ qui viã veritatis non agnouerunt,& ideo minora supplicia meruerunt,quæ in momento subuersa est.Momentum est omne tempus quod viuimus,& quotidie peccando quasi in momẽto ad posse subuertimur,q deteriora meremur,q thesaurizamꝰ nobis iram Rom. ii. ¶dicitur|

Nicolaus de Lyra.

a ¶Quasi struthio in deser.quæ ponit ova & abscondit in arena,& sic dimittit,nec est solicita de fœtu ouorum,nec de eductione pullorum:& sic erant matres in obsidione Ierusalem respectu filiorum,ideo subditur: b ¶Adhęsit lingua lactentis.id est lac sugentis,sicut dictum est suprà.ñ.ca. c ¶Ad palatum eius,in siti. id est ex nimia siti quæ deficeat linguam. d ¶Paruuli petierunt pa. à patribus & matribus. e ¶Et non erat &c. ex causa prædicta. f ¶Qui uescebantur voluptuosę. ante obsidionem. g ¶Interierunt in ui. fame dum quærerent panem. h ¶Qui nutriebantur in croceis. id est in vestibus suauibus & pulchris. vnde in Hebreo habetur:In scarleto. i ¶Amplexati sunt fiercora. In Hebræo habetur,Fimos,sicut pauperes in hyeme qui vestimẽta nõ habent,inuoluunt se fimo. h ¶Et maior ef.quia idolatria quæ vigebat in Iudæa,cùm sit directè contra deum grauius peccatum est,quàm Sodomia.Ra.Sa.exponit hoc de grauitate punitiõis,vt sit sensus:Et maior effecta est iniqtas &cã.grauꝰ punita quã iniqtas Sodomorũ.Et subdit ad hoc duplex rõ:Prima cũ dicit:l ¶Quę subuersa est.i. nõ habẽs longũ cruciatũ.sicut Iudei in Ierusalem obsessi.Secunda cùm dicitur: m ¶Et non cepe.in ea manus.s.aduersariorum. Sodoma|enim fuit subuersa p angelũ,& sic bona ciuitatis nõ rapuerũt sibi aduersarij: sed bõa Ierusalẽ rapuerũt sibi Chaldęi totaliter:& hęc fuit vna pena Iudæorũ,scilicet q; aduersarij sui gauderẽt de bonis eorum.

¶Candidiores

* b ¶Adhæsit lingua la.&c.i.nouitij ex defectu boni nutrimenti.Et quia nõ solũm nouitij malis exemplis talium pereũt,sed etiam aliqñ iuuenes professi qui prius fuerant bene nutrici.Segr Moralitetur: ¶Qui vescebantur voluptuo.&c.Sequr: i ¶Amplexati sunt ster.&c.id est aliorum mala exempla. k ¶Et maior effe.est iniqui.&c.inquantum directius opponit charitati.

* Candidiores

die iudicij. a ¶Cãdidiores Nazarei. Histo. Secundũ literã pul
A chritudo Nazareorũ describitur, qui abstinẽtia cãdidi, carne nitidi, faciei rubore iucũdi: q̃ p exaggerationẽ, laudant, vt eorũ fœditas maior ostendatur, quorũ facies fame confecta super carbones
Histo. denigrata plãgitur, quę deformata nõ agnoscitur. ¶Allego. Can
Allegorice didiores Nazarei, &c. Habet ecclesia Nazareos suos niue candidiores & lacte nitidiores, q̃ q̃s abstinẽtiũ vita signat. nix em̃ de supernis, lac de carne quali de imis. Per
† Mundio res niuem ergo candor vitæ cælestis, per lac tẽporaliũm dispensatio demonstrat. Habet ergo ecclesia Nazareos, q̃ p cõtẽplationem vitã cælestem ducunt: & per actu
† corpori gemmis rubei: Sapphirus cælo' eorũ. † pluſq; nigredo † sancti alis vitæ dispensationẽ lacte candidius ad laudẽ creatoris nitent, vt plerũq; eos q̃ eę esse vitã tenuerant, vel terrena bene dispẽsauerant, virturũ operib⁹ transcẽdant. Quia verò p seruorẽ spũs antiq̃rũ patrũ & fortiorũ vitã superare videnť, rectè adiungit rubicũdiores ebore antiquo. Dum enim raboris pulchritudo laudat, flãma desiderij † fui exprimitur: Ebur autẽ elephantis os esse nõ ignorat. Sapphiro' pulchriores. Sapphirus ætherei coloris est, vbi breuiter tota Nazareorũ vita expressa breuiga per actionẽ ad superna tẽdentes, & per cõtẽplationẽ p̃cellentes, patres superare videť. Sed q̃a plerũq; iopẽ copia fecit: & felicior homo est q̃ expedit: mens sæpe de se præsumens, & vano fauori acquiescẽs fuscat, & q̃ albescere videbat, de
Allegorice nigrata fordescit. vnde sequit: Denigrata est sup̃ car. b ¶Denigrata est. Allego. Nigri post candorem fiunt, q̃ amissa dei iustitia suam laudem quærunt: quia de se præsumunt. vnde nescientes ruunt in peccatum: & post ignem mentis ad frigus torporis, post candorem vitæ ad nigredinem adulationis vanę descẽdit. Vnde extinctis carbonibus, similes fiunt. propter quod dicit: Noli esse nimium iustus. ¶Et non sunt cogniti in pla. in latitudine scilicet vitæ secularis. Nihil enim humanæ menti angustius,
Matt. 7. b quã proprias voluntates abnegare, carnis desideria frãgere & huB iusmodi: & inde intrare p̃ angustam portam. Nihil autem latius, q̃ propr̃is seruire voluptatibus, nullis subesse legib⁹ & hmõi. In plateis aũt sunt qui sua quærunt. vnde: Lata est em̃ & ampla via, quæ ducit ad mortem. Sed in plateis nõ cognoscũtur qui nõ sunt qđ videbant, q̃ aliud erant, & aliud ostendebãt. vnde sequit: Ad hæsit cu. e. os. Per ossa fortitudo, per cutem infirmitas figurat. Cutis ergo adhęret ossibus, quãdo infirmitas vitiorum putatur fortitudo virtutum. Hæret cutis ossibus, dum adulatio pro bene gestis exterius & intus virtutibus sociatur, quibus coniunctis merces amittitur. Et q̃a decepti adulationibus de se magna sentiunt, emendari contemnunt. vnde: Aruit & facta est quasi lig. Culpa nãq; tãdiu insensibilior reddit, quãto (quasi vera virtus) laudatur. vnde & arescit, quia nulla intus gratia virescit, quia multi dũ corriguntur quasi lignum insensibiles sunt, & à rore gratiæ alieni & a ridi sunt: hoc eis contingit, quia altiora se appetunt, & sancti videri cupiunt: sed occultè vitijs deseruiunt, hi in plateis cogniti sunt. Norũt em̃ viri spũales, q̃a aliud fuit & aliud fingũt. Candẽt exteri⁹ niue pulchrius, lacte nitidius, ebore rubicundius: sed quasi lignũ aridum insensibiles sunt interius: vnde sæpe nec blanditijs nec minis emendantur. c ¶Melius fuit. Histo. Hoc in vltima captiuitate Iudæi passi sunt, quando leuius fuit subitò occisis quàm lentis & diuturnis afflictis cruciatibus: qui fame & siti & cæteris misęriꝫ paulatim consumpti sunt. ¶Melius fuit. Moraliter. Melius est sensibus gladio verbi dei occisis exterius, viuentibus interius, quàm aggeratis virtutibus sine pabulo charitatis quasi fame & siti deperire. Sterilitas enim virtutum, absentia charitatis, qua absente virtutes animæ quasi inopia veri panis tabescunt, ideo se
Iob. 1. a. pteꝫ filij Iob tres sorores suas vocant per conuiuia. Cæterę em̃ Psalm. 2. d. virtutes sine fide, spe, & charitate non satiantur. vnde: Sicut adipe Malesuper gladium Ephe. 6. c. & pinguedine repleatur anima mea, &cæt. ¶Melius fuit, &cæ. Allego. Gladio verbi dei quàm interfectis fame eiusdem verbi. Hi enim occiduntur, vt viuant: illi interficiuntur vt pereant. Vñ: Assumite gladium spiritus, quod est verbum dei. Est autem gladius quo mors perimitur, vt vita subsequatur eius. Est alius q̃ præscidit vitam, occidit animam. de quo: Gladius me⁹ deuorabit carIere. 46. d. Genesi. 3. f. Ezec. 21. g. Luc. 2. a. nes, Et gladius flammeus atque versatilis ad custodiendam viam ligni vitæ. Est gladius limatus & acutus, cui dicitur: Reuertere ad vaginam tuam. Mariæ quoque animam gladius ptransiuit dolor. s. de passione Christi. Sed ecclesia de his gaudet qui gladio verbi occidũtur. De his dolet qui eiusdẽ fame interficiũtur. Illos luget quos fame vel siti pro sterilitate terrę consumptos nouit. vnde: Mittam in eos non famẽ panis neq; sitim aquæ, sed audiendi verbũ dei. Hac fame qui pereꝫptus fuerit, ęterną morti subiacebit: quia non in solo pane viuit homo. Sicut enim ex duabus substan
Deut. 8. a. tijs homo constat, ita duabus vitam cõseruat, caro sustentatur corporali cibo, & anima ꝑbo diuino. vnde: Panem nostrum quotidianum da. no. ho. Vtrũque
Mat. 6. b. enim petimus, qui vtroq; quotidie indigemus. Sterilitas terræ, penuria ecclesię est, quãdo (magistris deficientibus) diuini verbi imbribus non infunditur. Culpam enim sacerdotum, & insciẽtiã vel negligentiam docendi consumptio sequitur plebis. d ¶Iod. Histo. principium vel desolatio. Principium desola
Histo. tionis imminebat Iudæis, q̃n vxores eorũ filios suos fame & siti consumptos (q̃si per misericordiam ne diu languerent, & matres à morte redimerent) coxerunt sibi in cibos. Lege historias, nec dubitabis hæc Iudęis contigisse, Romanis circũferentibus obsessa ciuitate. e ¶Man' mulierum. Moraliter. Hypocritæ con
Moraliter ceptus animi teneros coquunt & com
† Iudit. 7. c. edunt, dum simulare (q̃si per misericordiam) laudis vel fauoris gratia virtutes nouiter conceptas perimũt, & in cibos decoquunt, qui non futura, sed præsentia lucra quærunt: & dum virtutum pascuntur laudibus, quasi proprios natos fauoris adulatione decoctos comedunt. † 4. Re. 16. f. Qui bene mulieres fuisse & talia gessisse perhibentur, nisi enim mulierbria simulatę virtutis in animo sectarentur, conceptus animi ad vitam formati, vanis non exponerenť D fauoribus. ¶Manus mulierum. Allego. In ecclesia quasi per mi
Allegorice sericordiam filios suos decoquũt, qui culmie regiminis sublimati igne zeli vel inuidiæ inflammant animas subditorum, dum nimis iusti videri cupiunt, & tyrannica potestate opprimunt: qui forsitan habent dei zelum, sed non secundum scientiam. Ita austeritate dominationis quasi pro iustitia adurunt, & infirmam & carnalẽ eorũ vitam minis & increpationibus quasi dentibus rodunt. Hęc omnia in contritione ecclesiæ (quæ est filia populi dei apostolorũ scilicet & successorũ) ab eis fiunt, qui seculari aut ecclesiastica ptãte tyrannicè animas exurunt, dum concupiscentia inflammati filios quos lacte doctrinæ nutrire debuerant, aduſtiõe afflictionis

Nicolaus de Lyra. ☞ vexant. Comple

✣ a ¶ Candidiores Nazarei. i. sacerdotes & Leuitę diuino cultui deputati, qui erãt induti lineis vestimentis & albis. b ¶Niue. Emphatica est locutio, ad exprimendum intensionem albedinis, & ad idem facit quod subditur: c ¶Niti. la. rubicundior. ebore antiquo. Hebræi dicunt: Rubicundiores auro. e ¶Sapphiro pulchriores. In hoc denotatur pulchritudo ornamentorum maximè sacerdotum. f ¶Denigrata est &c. p̃ fame & miseria. & similiter est hîc emphatica locutio ad expressionem nigredinis. g ¶Et non sunt co. in pla. id est distincti ab alijs communibus personis. h ¶Adhæsit cu. eorum. propter defectum nutrimenti. k ¶Melius fuit oc. gla. a. minus malè propter breuiorem cruciatum. vñ Iudit. vij. d. dicit: Sit finis noster breuis in ore gladij, q̃ longior efficiť in ariditate sitis. l ¶Manus mulierum misericordium. id est quę ratione sexus solent esse misericordes.

✣ Coxerunt Moraliter

✣ a ¶ Candidiores Nazarei eius ni. scilicet fuerunt per castitatem. c ¶Nitidiores la. per honestatem. d ¶ Rubicundiores ebore antiquo. per charitatem. e ¶ Sapphiro pu. per contemplationem, eò quòd sapphirus est cęlestis coloris. f ¶ Denigrata. est. scilicet modò per infamiã. g ¶ Et non sunt co. in pla. nam effigies patrum deleta est in eis. h ¶ Adhæsit cu. Talis autem adhæsio fit per abstractionem carnis quæ est in medio: ꝓpter qđ signat obdurationem mentis, per hoc qđ deficit teneritudo pietatis. i ¶ Aruit fa. per deuotionis defectum. k ¶ Melius fuit oc. gla. minus malè. occisi verò gladio dicuntur qui peccato mortali stante tamen fide informi dęmonis gladio feriuntur: mortui verò fame, qui propter defectum spiritualis nutrimẽti i fide periclitant. l ¶ Manus mulierum misę. ecclesiæ pastores debẽt esse matres pię filios ecclesiæ verbo & exemplo in fide & moribꝰ, & etiã tpali subsidio q̃tũ ad paupes nutriẽtes: sed aliq̃ p cõtrariũ coquũt eos anxietatis igne, rapiẽtes eorũ bona, & i de viuẽtes nimis lautè.

F ✣ Compleuit

☞ vexant. a ¶ Cōpleuit dñs. Histo. Quia completa est malitia Ierusalem, compleuit dñs super eam furorē suū, sicut cōpleta erant Ammorrhęorū peccata, qñ deleti sunt. Effudit irā indi. suę. quia & ipsa scelera sua effudit. Deuorauit fun. eius. quia non recepit fundamentū quod est Christus. Vnde: Cùm vidisset Ierusalem, fleuit super eam dicens, quia si cognouisses & tu, quia non reliquetur i te lapis super la. ¶ Compleuit dominus. Moraliter. Fundamenta hypocritarum & hæreticorū deuorant ab igne furoris domini, in quorū mente dominat ignis indignationis eius, & sup eos cōpletus est furor dñi. vñ Iob: Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Quamuis enim videantur operib⁹ firmati & radicati, statim corā deo sunt maledicti, quorum corda vanis laudib⁹ & fauoribus inflammātur. vnde sequit: Non credidere. &cæ. ¶ Compleuit. Allego. Super ecclesiam cōpletus est furor domini, quia mensuram peccatorū suorū impleuit. vnde: Effusa est contentio super principes, &c. &c. Et alibi: Qui in sordibus est, sor. adhuc. Effudit iram indignationis. quia peccādo sumus effusi. Succendit ignem in Siō. non q super apostolos de cælo descendit, sed q pueros Iob consūpsit. Habet em̄ de⁹ ignes varios, q⁹ emittit de thesauris suis: Cui⁹ ignis in Siō & caminus i Ierusalē, alios inflāmat, vt erudiat, alios vt exurat: Quibus succensis oē fundamētū destruit, fidem scilicet integram & verā omnino subuerti permittit. Vnde magis nostras quā Iudęorum miserias debem⁹ plangere, in quibus ignis concupiscentię succensus est, & cæterorum viriorū flāma vorax vniuersos possidet, & olla succensa à facie aquilonis seruet, & fornax Chaldæorum quoscūq; reperit de Chaldæis incendit. b ¶ Non credide-

Historicè Luc.19.f. Moraliter Allegoricè Psal.106.d. Apo.22.c. Ignis dei varij

† Nouerūt se vt cęci

Histo.

Allegoricè Psal.2.a. Ephe.6.b. Psal.38.c. Apo.8.d.

Psal.9.c. Histo.

Allego.

Histo.

Moraliter

Allego.

a ¶Prædicatorum fluore vano effeminatorum.
b ¶Opinione sua. ¶Qui sexus natura misericors.
c ¶Nimia afflictionibus.

mulierū miserico[a]rdium cōxerunt [a]
a ¶Subditos vel foetus animi teneros. b ¶Dum carnalem vitam subditorum affligunt, reprehendunt, detrahunt.
filiōs suos: facti sunt †cibus earum in
a ¶Ecclesiæ. ¶Apostolorum & successorum.
contritione filiæ populi mei. Caph.
a ¶Impietis peccatis. ¶Quasi: Cesset iam ira cui satisfecit pœna. b ¶Hominibus per vitia effusis.
[b]Complēuit dominus furorē suum, [c]ef
fudit iram indignationis suæ. Et succendit ignem in Sion, & deuorauit [d]
a ¶Qui pueros Iob consumpsit.
a ¶Vera fide destructa.
[b] fundamenta eius. Lamed. Non credi [e]
a ¶Dæmones vel quilibet principes. b ¶Non transitores.
derunt reges terrę, & uniuersi habitatores orbis, quòd ingrederetur hos[f]
a ¶Diabolus & membra eius.
a ¶Vnde: Confortauit dominus seras portarum. ¶Prædicatores vel virtutes. b ¶Ecclesiæ.
stis & inimicus per portas Ierusa[g]
[c] lem. Mem. Propter peccata pro[h]
a ¶Prælatorum.
phetarum eius & iniquitates sacer[i]
a ¶Facto vel exemplo. b ¶Publice.
dotum eius, qui effuderunt in mę[k]
a ¶Qui iusti esse possent, si doctores docuissent.
dio eius sanguinem iustorum.
a ¶Doctores. b ¶Sine lumine Christi. c ¶A via veritatis.
[d] Nun. †Errauerunt cæci in plateis: [l]

vnde: Si non annuntiaueris impio iniquitates suas, sanguinē eius G de manu tua requiram: quia. s. sanguis eius. i. peccatum culpa sa- Allegor. cerdotū vsq; ad mortē effunditur: Et sępe qui videbant iusti esse Exemplis plis prælatorum & doctrina prauitatis peruertuntur, & peccati sanguine polluti moriuntur. Inde sacerdotes & prophęę cæci erant in plateis, dum latam & spatiosam viam, quæ ducit ad mortem apprehendunt: & angustam quæ ducit ad vitam non introeunt, nec alios introire permittunt. & hoc est, sanguinem iustorum effuderunt in medio eius, id est ecclesiæ q Mystice. est Ierusalem ☞a & mater nostra. Hi cū † cibo templum dei sanguie suo polluti ingredi nequeant, tenent lacinias suas, id est dissimilem vetustatis suę vitam. Tenent autem inuicem lacinias suas, vt cū cęco cę- Moraliter co ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt. Hoc deplorat propheta, imò ecclesiarum concio tota, quòd in spatiosa via ambulātes, & vitam veterem decentes vias vitæ non apprehenderunt, & suis se anfractibus impediunt, cæcę esse sequuntur, qui Christum veram lucem sequi dedignantur. ¶ Errauerūt. Mysticè. Hæreticorum cęcitatem deplorat, qui rectum scripturarum tramitem relinquentes, & catholicæ fidei regulā aspernantes. latitudinem erroris elegerūt polluti sanguie, quorum animas deceperunt, & cū catholicā ecclesiam iterare dedignātur, lacinias suas vicissim amplectūtur, scripturarum sci. scissiones, q̄ rū fraudulenter panniculos furati sunt.

☞ Recedite

Nicolaus de Lyra.

☞a ¶ Coxerunt filios suos. præmia anxietate famis. b ¶ Compleuit. Hīc consequenter Ieremias lamentatur miseriam populi ex destructione ci- H uitatis, cùm dicitur: Compleuit dominus furorem suum. id est vindictæ suæ effectum. c ¶ Et succendit ignem in Sion. vbi erat templum & regis domicilium. d ¶ Et deuorauit fundamenta eius. id est ipsius Sion, q̄ non solùm ędificia, q̄ erāt in monte Sion, fuerunt combusta: sed etiam omnia alia, quę erant in pede montis & circa montem, vt habetur suprā. iij. e ¶ Nō crediderunt reges terrę. quia Salomon potentissimus Ierusalem murauit, & tā fortiter muniuit, quòd inexpugnabilis videbatur. h ¶ Propter peccata prophetarum eius. Hīc consequenter tangitur prædictæ miserię causa, & est duplex. Secunda ponitur ibi: Cùm adhuc. Vna est occisio innocētum in Ierusalem, & maxime tempore Manassę, vt habetur. iiij. Regum. xxiij. & hoc fiebat Causa ad instinctum & exhortationem falsorum prophetarum & sacerdotum: vnde & mortem ipsius Ieremiæ quærebant, vt habetur suprā, xxvj. ideo dicitur hīc: Propter peccata prophetarū. Et patet litera. k ¶ Errauerunt cęci. Litera ista est obscura & inuoluta, & multipliciter exponitur. Accipiam tamen illum modū qui mihi videtur magis literæ consonare, scilicet vt continuetur literę immediatè pœcedenti: quę loquit̄ de punitione iniqua innocentum, quorum aliqui occidebantur, quidam excęcabantur, & q̄ dā ad istos dicit: ¶ Errauerunt cæci. id est iusti nequiter excęcati. ☞Polluti Moraliter

✳ b ¶ Compleuit dominus. Hoc referri potest ad perfectionem Antichristi, quę posterior erit, & de ea dicitur: Compleuit dominus furorem suum. Erit enim illa grauior cæteris, propter quod furor nominatur. d ¶ Et deuorauit fundamenta eius. Nam plurimi de illis qui sustentare deberent ecclesiam cadent per inconstantiam, quod videtur incredibile multis. ideo subditur: e ¶ Non crediderunt reges terræ. & subditur: f ¶ Quòd ingrederetur hostis & inimicus. id est Antichristus. g ¶ Per portas Ierusalem. id est ecclesiæ militantis, vel ad literam ciuitatis Ierusalem: nam ibi sedebit in templo dei tanquam sit deus, vt dicitur secundo ad Thessalo. q̄. h ¶ Propter peccata prophetarum eius & iniquitates sacerdotum eius. id est propter peccata præcedentium & aliorum ecclesiæ ministrorū salutem animarum non quærentium, sed quę sua. i ¶ Qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum. ipsos malis exemplis spiritualiter occidendo, ideo subditur: k ¶ Errauerunt cæci. id est simplices Christiani ex ignorantia legis.

✳ Cāq; non

☞ a ¶Recedite. Histo. Deflet propheta scelera Iudæorum, quibus A etiã hostes insultant ciuitatẽ ingressi, clamãtes: Recedite, criminibus polluti à sanctuario dei: Abite, in captiuitatẽ: Nolite tangere Histo. religionẽ. vnde propheta subdit: Iurgati sunt. s. inimici, & vtriq; commoti: illi ad iurgia, isti ad lachrymas. Dixerũt inter gẽtes, &c. vel Iudæi hoc dixerunt, vel de gentibus aliqui. Inter gentes em̃ deum verum reliquerunt, & idola coluerunt: vel ipsi forsitan inter gentes iurgati sunt, & sanguine polluti alijs clamauerũt: Recedite. qa tãquã iusti alios aspernati sũt, vñ inter eos iurgia & seditiones. ¶Recedite. Moral. Moraliter Hæretici contra fidem catholicã, & maxime donatistæ, & qui catharos se vocant, clamant: Recedite à nobis, quia nos †inquinati mundi, vos inmundi. Nolite tangere, ne inquinetis nos. Hi inter se iurgantur, diuersis erroribus. Commoti sunt, qa in fide stare noluerunt, mouerũt ab oriente pedes suos, & venerũt i Babylonem vbi cõstruentes superbiæ turrim linguis diuersis dispersi sunt. vnde sequit: Facies d. † habitauerunt vltrà illic. di. &c. ¶Recedite. Alleg. Sæpe in ecclesia cæci & polluti nequeũt ingredi tẽplũ dei viui & sacris ꝓticipare mysterijs, qs Allegorice alij (quis & ipsi polluti) q̃si zelo dei despiciũt, q iusti videri cupiunt, qa nondũ manifesti sũt. Vñ erecto supercilio obiurgãtes dicũt: Recedite à nobis & à sacramentis dei. Ite, ad eos q̃rũ cõsortes estis. Noli te tãgere, sacrosctã qb⁹ indigni estis. His & hmõi alios criminãdo iustos se ostẽdere conãt. Inde sæpe lites generãt, qa non sc̃m deũ corrigũt, sed alijs oppressis factiores videri appetũt. vñ subdit: Iurgati sunt quippe & cõmoti sũt. Prius enim cõmoti iurB gantur, deinde acrius cõmouent, qa nõ stãt in eo q idem est, & eũ reliquerunt qui pax vera est, ꝓpterea ĩsubditur: inter gentes nõ addet vltrà, &c. quia vbi pax & concordia nõ est, de⁹ esse nõ potest: Psal. 75. a. quia in pace factus est locus eius, &cẽtre. Inter gentes nãq; per tales Histo. nomen domini blasphematur. b ¶Facies do. Hist. Q. Quia facies sacerdotum non erubuerunt, imò deum in eis cõtẽpserunt, nec deum in suis sacerdotibus reueriti sunt: ideo diuisi sunt à facie domini, quia extendit manum suam in retribuendo. Diuisi sunt, qa alij per orbem dispersi sunt, alij ad fidem conuersi sunt, nec de⁹ misereatur eorum, qui senum miserti non sunt, prophetarum scilicet Moraliter & sacerdotum. ¶Facies domini. Moraliter. Hæreticorum diuersitas designatur, qui diuersis pugnant erroribus, nec recipiunt doctrinam catholicæ fidei, qui nec sibi conueniunt nec catholicis, qa facies catholicorum sacerdotum non erubuerunt, nec addet vltrà domin⁹, vt respiciat sicut non respexit ad Cain, nec ad munera eius. Iurgijs ergo commoti sunt à statione rectæ fidei. vnde subGrũ. 4. a. Allegorice dinr: Cùm adhuc subsisteremus. ¶Facies domini. Allegorice. Quidam in ecclesia dei timore ablecto facies sacerdotum non erubuerunt, qui à facie domini & ab ira vultus eius diuisi sũt ab his sci, q vocati sunt ad vitã. Neque senum miserti sũt, prælatorũ scilicet qui in omnibus eis condolentes condescẽdunt. Nota quàm Nota contra contemnentes sacerdotes. terribile sit sacerdotes contemnere, nec facies eorum erubescere. illis monentibus & videntibus à sceleribus non cessare. De his enim dominus dicit: Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me Luc. 10. c. spernit. vnde subditur: Non addet vt respiciat eos, vt non cõuerLuc. 22. g. tantur nec saluentur, quia facies domini diuisit eos, à sanctis. Hæc Iohan. 21. c. facies respexit Petrum, & conuersus amare fleuit: & receptus in Matt. 26. d. corpore meruit audire: Petre amas me, pasce oues meas. Hæc autem diuisio plenè fiet in iudicio dicente domino: Ite maledicti in ignem æternum, tunc facies dei ira scilicet vel vindicta in ignẽ æternum diuidet eos: quia facies sacerdotum contempserunt, nec senum miserti sunt. Et notandum, quòd supra sacerdotes quasi homicidas planxit, & hîc separantur à facie domini qui non detulerunt eis: quamuis enim mali sint, non sunt contemnendi, sed Histo. ille in illis colendus & honorandus à quo missi sunt. c ¶Cum adhuc subsisteremus. Histo. Luget errorem miseræ gentis, quæ magis sperauit auxilium AEgypti & Pharaonis quàm dei, Allego. cuius oculi prospiciendo defecerunt, dum gentem quæ nec se nec alios saluare poterat, expectabat: quod suprà expositum latius, sed hîc deplorat amarius. ¶Cum adhuc subsistere. &cætc. Allegor. Vox est ecclesia plangentium, qui se vana spe lactauerunt secularibus negotijs occupati: sed mortis infirmitate aut qualibet tentatione præuenti, inueniunt se non solùm deceptos, sed etiam eæcos. Cũ adhuc subsistere. Subsistit quisq; qui dum viuit in carne, rectam fidẽ tenet: & si operibus nõ implet, sed aliq̃ tactus molestia, inuenit oculos suos defecisse, quos ad caduca & labentia intenderat, vanũ quærens auxiliũ. Quantò magis enim intentio cordis in rebus figitur terrenis, tãtò ab interno lumine & pinguedine gratiæ marcescit. vnde bene reuersus plorat, dicens: Defecerũt oculi nostri, &cæt. Cùm respiceremus attenti ad gentem, &cæ. Sæpe enim i diuitib⁹ & potẽtibus spem ponimus, quibus Iacobus apostolus: Vlulate miseri, & plorate super miserijs quæ ad † adeò vt uenient vobis: hi nec se nec alios possunt saluare. Imò maledictus omnis qui confidit in ho. &cæt. Possunt hæc & de hæreticis cõuenienter accipi, & de his qui in eorum confidunt auxilijs, quorum oculi dũ falsa in scripturis perscrutantur, à veritate deficiunt ad quos eorum auditores q̃s saluare non possunt, in vanũ oculos defigentes dirigunt. Vñ ex ꝑsona gentiũ sequit: Lubricauerũt vestigia nostra, &c. ☞ Lubricauerunt

Iaco. 5. a. non posset q tãgere vos iuuãret, vestimenta eorum confidunt. †falsitas

a ¶Voluptatibus b ¶Peccatis subditorum.

pollũti sunt sanguine : † cúmque a b

a ¶Quia notebant. b ¶Peccata veteris vitæ.

nõn possent, tenuerunt †lacinias suas c

a ¶A nobis. b ¶Ne nos polluatis.

a as. Samech. Recẽdite põlluti, cla- d

a ¶Ad consimiles.

mauerunt eis, recedite, ãbite, noli- e

a ¶Sacramenta dei. b ¶Pro tali correctione.

b ¶Ideo.

te tãgere: †iurgati quippe sunt, et f

a ¶Gentiles inter quos per tales nomen dei blasphematur.

commoti: dixerunt inter gẽtes: g

a ¶Vbi non est pax vel concordia.

Non †addet vltrà vt hãbitet in eis. h i

a ¶Ira vel vindicta. ¶Ite maledicti in ignem æternum. b ¶A prædestinatis.

b Phẽ. † Facies domini diuĩsit eos: k l

a ¶Miserando. ¶Vnde: Respexit dominus Petrum.

non addet, ut rẽspiciat eos. Facies m n

a ¶Quorum dignitas reuerenda. ¶Quibus præsentibus & corrigentibus peccauerunt.

sacerdõtum non erubuerunt, neq; o

a ¶Dicentium: Quia infirmatur, & ego non in. &c. b ¶Cum sit miseranda senectus.

c senũm miserti sunt. Ain. Cũ adhuc p q

Nicolaus de Lyra.

a ¶Polluti sunt sanguine. saliorũ iustorum occisorum, quia non videntes ponebant pedes suos ira in sanguine sicut in alijs locis. b ¶Cumq; non possent. id est rectè incedere. Aliqui libri habent hîc additum: Intrare. sed non est in Heb. nec in libris correctis. c ¶Tenuerunt lacinias suas. id est apprehendere tentauerunt oras vestimentorum videntium, vt sic exirent de locis sanguine repletis, & ipsi videntes & maximè prophetæ falsi & sacerdotes non permittebant, dicentes: d ¶Recedite polluti. Quia quamuis secundum veritatem essent iusti, tamen à malis reputabantur iniq. e ¶Nolite tangere. scilicet nos, ne malitia vestra inquinemur. Et per hunc modum de talibus dicitur Isa. lxv. a. qui dicunt: Recedite à me, non appropinques mihi, quia immundus es. f ¶Iurgati quippe sunt. Non enim sufficiebat falsis prophetis & sacerdotibus iustos affligere factis, sed etiam affligebãt verbis iniuriosis. Et quia tale facinus erat execrabile etiam apud Gentiles, ad quorum D notitiam deuenit hoc execrabile factum, ideo subditur: g ¶Dixerunt inter gentes. dictum crimen detestantes. h ¶Nõ addet vltrà. scilicet deus Iudæorum. i ¶Vt habitet in eis. propter malitiã ipsorum, ideo subditur: k ¶Facies do. In Hebr. hîr: Ira domini. est tamen eadem sententia. l ¶Diuisit eos, id est in diuersis terris dispersit. m ¶Non addet vt respiciat eos. reducẽ do eos ad terram suam. n ¶Facies sacerdotum. scilicet bonorum de quorum numero erat Ieremias, cuius verba increpatiua non receperunt, sed multa opprobria & vituperia ei intulerũt, vt patet per suprà dicta in pluribus locis: & idem faciebant de alijs iustis. potest etiam hæc litera aliter exponi referendo eam ad Chaldæos, qui propter malitiam Iudæorum ab eis cognitam, vt prædictum est, sic contempserunt totum populum, quòd non deferebant alicui ratione ordinis aut ætatis. q ¶Cũ adhuc. Hîc ponitur secunda causa prædictæ miseriæ Iudæorum, quæ fuit vana cõfidentia in auxilio AEgyptiorum, vt frequenter dictum est suprà. & hoc est qd' dr: Cũ adhuc sub. id est antequã ciuitas esset capta.

↬ Defecerunt

✳ a ¶Cumq; non possent. id est ingredi in viam salutis per Moraliter seipsos. c ¶Tenuerunt lacinias suas. quærentes à prædictis sacerdotibus & prophetis dirigi, sicut cæcus corporaliter tenet laciniam ductoris sui. Sed quoniam inter ignorãtes sunt multi pauperes à quibus non speratur temporale lucrum, ideo non habent à dictis sacerdotibus & prophetis consilium, sed magis repulsionem & vituperium. ideo subditur: d ¶Recedite polluti, clamauerunt eis, &cæt. vt sint verba repellentium dictos pauperes, eò quòd non sperant inde temporale lucrum. Sed quoniam inde aliqui diuites scandalizantur, ideo se falsè excusando dicunt qd' sequitur: h ¶Non addet vltrà vt habitet in eis. scilicet deus. Dicunt enim, quòd non repellunt eos propter paupertatem, sed propter obstinationem eorum in malo. ideo subditur: k ¶Facies domini diuisit eos. per reprobationem: & sic amitteremus nostrum laborem. n ¶Facies sacerdotum non erubuerũt. scilicet deuotè pauperibus consulentium, imò sanctos reputant eos, eò quòd laborant circa tales personas à quib⁹ non habent temporale lucrum. o ¶Neque senum. scilicet pauperum. p ¶Miserti sunt. quibus tamen propter ætatem esset miserandum. q ¶Cum adhuc subsisteremus. id est adhuc essem⁹ in aliqua spe bona de dictis p̃dicatoribus & p̃latis.

Hist. Lubricaue. Histo. Congruit hęc lamẽtatio Iudæis, qui sub articulo mortis scelera sua reuoluunt. Sed propheta omnes in se transfigurat, omniũ scelera tanquã sua deplorat, quia tam amara & insperata captiuitas desęuit in gente sua. ¶ Lubricauerunt.

Moraliter Mora. Vox est hæreticorũ serò plangentiũ, quia vestigia eorũ in scripturis sacris lubricauerunt. & qa latam viam arripuerũt, dum catholicorũ patrum regulas tenere noluerunt, nec viam q̃ est Christus: sed vnusquisq; à recto tramite defluxit, secutus latitudinem suę peruersitatis: Philosophorũ etiã regulas ingenioli sui ingiculo tẽtans, & imprudenter vituperans: iõ lubricantes cadunt in mortẽ, & scelerib⁹ completis venit finis damnationis. ¶ Lubricauerũt.

Allegorice Alleg. Hæc quoq; i ecclesia iure plangimus, dũ eos qui splendidè & voluptuosè viuunt, respicimus: Plangimus eorũ lasciuiã, qui lubricam sectãtur viã: qa nõ sũt fundati supra firmam petrã. vñ plangentes dicimus: Lubricauerunt v.n. Nisi enim in plateas pedes exissent, à recto tramite non lubricassent. vnde.

Luc.14.c. Exi citò in plateas. Qui enim latam & spatiosã tenẽt viam, ante oculos summi iudicis extrà sunt, qui corpore in ecclesia sunt. Lubrica sunt platearum itinera & procliua. Hæc se euasisse Dauid gaudebat, dicens:

Psal.39.a. Statuit supra pe.pe.me. & di.gr.m. & alibi: Qui perfecit pe.m.tanq; c. & cęt. Vna

Ibidẽ.17.c. est platearum via & lutulenta, in qua nõ ambulatur sine ruina: ideo congruè annũctatur: appropinquauit finis, & c. b ¶ Cõpleti sunt di. Completio enim non semper in bono accipitur, secundũ illud:

Gene.15.d. Nõdum sunt completa peccata Ammorrhęorum, quorum completio finis fuit eorũ & exterminium, sicut hîc dicitur: Completi sunt dies nostri, quia venit. Dies complentur, dum scelera & mensura patrum cumulantur. & venit finis, qui prius appropiquauit illis completis. Appropiquabat autem dum complerẽtur, & securis ad radicem arboris poneretur. c ¶ Velociores fue.

Matt.3.c. Histo. Histo. Hæc hyperbolicè de Iudæorum inimicis dicta sunt, sicut Saul & Ionathas in threnis Dauid velociores aqlis fuisse laudant. Forsitan reges & principes populi qui obsidionẽ Chaldæorum euaserant, maiori velocitate ab his quos fugiebant, captos esse significat.

Moraliter ¶ Velociores fu. Moraliter. Hæretici sæpe in disputãdo velociores sunt aquilis cæli, id est doctoribus plebis, quos persequuntur super montes super scripturam scilicet & doctrinam a postolorum & sanctorum patrum, eremitis insidiantur fraudib⁹ & mellifluis sermonibus. ¶ Nota quantis vrgemur malis. In occultò instant insidiæ. In aperto super montes sęuit persecutor, vt

Matt.14.c. pastores deiciat, oues sternat, secundum illud:

Allego. Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Inde sequitur: Spiritus oris, &cæ. ¶ Velociores. Allegori. Quia propheta omnium lamentationes & personas & proprietates in se transformat (omnibus factus omnia) plangit persecutiones ecclesiæ, cuius persecutores aquilis velociores sunt. Immundi siquidem spirit⁹ velociores sũt nequitia, fraude, & agilitate naturę ad lacẽrandum & deuorandũ quàm aquilæ cæli, id est prædicatores ad eripiendum, de quibus:

Matt.24.c. Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilę: quia vbi memoria passionis Christi celebratur, & panis & vinum per mysterium sanctæ orationis in corpus & sanguinem Christi transfiguratur, aduolant aquilæ cæli quasi ad escam, vt de morte eius vitam percipiant. Sed velociores sunt acriæ ptates, quia non est super terra potestas, quæ comparetur eis, hæ rugiunt & quærunt quem deuorent. ¶ Super montes persecu. sunt nos. quia dum ad ecclesię regimina extollimur, acrius eos ad persequendum excitamus, nec in specula apostolicę sedis positi securi sunt: quia quos super montes eleuatos vident, vt cæteros diligentius inspiciendo conseruent, & ad culmina virtutum prouocent, tantò audacius & ardentius infestant. ¶ In deserto insidiati sunt nobis. Per desertum vita monastica aut eremitica (quę in desertis & in solitudinibus agitur) designatur, contra quos quasi athletas fortiores, inuisibiles sęuiunt hostes. Sed quia secularibus curis expediti, contra hostes tantùm soliciti sunt & circumspecti, ideo occultius insidiantur illis quos vident latere in occultis. Sed qui super montes exaltati eminent, exaltatos manifestis viribus crebris iusultibus sustinent. His aquilis cæli sæpe hostes velociores sunt ad decipiendũ, quã ipsi ad cauendum: Qui aquilę cæli conuenienter

a ¶In carne, in fide. b ¶A vero lumine. c ¶Intentionis terrenis inhærentes.

†subsistèremus. defecerunt ōculi nos[a] stri ad auxiliũm nostrũ uanũ, cùm prę[b] uideremus ad gẽtem, quę sal[c] uare nos non poterat. Sade. †Lubris[d] cauerunt uestigia nostra in itinere plaearũm nostrarum, appropinquauit finis noster, cõpleti sunt dies nostri, quia uenit finis noster. Caph. Velo[e] ciores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli: super mõtes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis. Res. Spiritus †ōris nostri[f]

a ¶Defecerunt oculi nostri. expectando cũ magno desiderio. b ¶A auxilium nostrum vanum. id est ad exercitum Aegyptiorum. c ¶Cum respiceremus attenti. ad videndum si veniret ad iuuandum obsidionem Chaldęorum. d ¶Adgẽtem quæ salua nos non pote. Quia sicut dictum est supra .xxv. vñ. b. cùm exercitus Aegypti esset in via viuendi in auxiliũ fugorum, redijt in Aegyptum timore Chaldęorum sibi occurrẽtium. e ¶Lubricauerunt vestigia nostra. partim timore, partim fame: quia timidi & fame consumpti non incedunt firmiter, sed lubricando. f ¶Appropinquauit finis noster. id est mors, qa multi fuerunt occisi, & reliqui captiuati, quæ captiuitas est mors ciuilis. g ¶Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis. q.d. pauci aut nulli poterant effugere ab eis. h ¶Super montes persecuti sũt nos. vbi credebam⁹ esse tuti propter inaccessibilitatem loci. i ¶In deserto insidiati sunt no. q.d. non patebat nobis aliquis locus fugiendi. k ¶Spiritus. Hîc consequenter Ieremias lamentatur Iosiæ mortem. Circa qđ sciendum, qđ secundum Hebræos ista est litera: Spiritus naris nostræ Christus domini captus est in fossis eorum: quod sic exponitur: Spiritus naris nostræ, &c. licet in hominibus respiratio fiat per os & per nares: tamen illa quę fit per nares, est melior secundum Philosophũ. talis autem respiratio est vitę hũanę saluatio, qa ipsa deficiẽte, deficit vita. Dicit ergo Ieremias in persona ppli Iudæ: Spiritus naris.i. rex Iosias ex tua bonitate & prudentia conseruator vitæ nr̃æ.

Nicolaus de Lyra.

Christus

✠ a ¶Defecerunt oculi nostri. Quia nullum auxilium habuimus ab eis, ideo subditur: e ¶Lubricauerunt vestigia nostra, vt sint verba illorum qui non possunt habere consilium & auxilium à predictis. Et quoniam in hoc apparet magnus defectus charitatis & abundantia iniquitatis, signum est appropinquationis aduentus Antichristi, sicut dicitur Matt.xxiij.a. ideo subditur: f ¶Appropinquauit finis, qa finis mundi sequit aduentũ Antichristi. Et qm sub Antichristo erit maxima pśecutio. Sequitur: g ¶Velociores fuerunt. Moralit

¶Spũs oris nostri. Hoc literaliter exponitur de morte Christi. Moraliter autem potest exponi de pastore bono Christi vicario, qui eius exemplo in persecutiõibus non fugit, sed constanter exponit se pro populi sui salute, & pro peccatis populi patitur persecutiõem, qđ maximè cõtinget tpib⁹ Antichristi, ideo dicitur: Spũs oris nostri. Nã ad vitam spũalem sui populi, laborat fideliter verbo & exemplo.

Moralit

✠ Christus

Iequia quę non rapuit, soluit: cui diximus: a ¶ In vm. tua ui. in
A gen. quia ipse est expectatio gentiū & semen Abrahę. In quo be-
dicētur gētes terrę, in hūc prophęta corde credebat & ore pro
ferebat. In vmbra tua vi. in gen. Vēturus enim erat, vt cū genti
bus Iudęos saluaret. vnde per futurū dixit: Viuemus: qui peccatis
mortui eramus. In vmbra tua. de qua
dicitur: Sub vmbra alarū tuarū pro. n.
Christus captus est & crucifix⁹, sub vm
bra passionis nos ꝓtexit: qa alis in cru
ce extensis caro eius nobis vmbra fuit,
quę est⁹ mēris nostrę refrigerauit, & va
rias gratiā passiones tēperauit. Nam &
apostolorū vmbra sanabat infirmos.
Caro eius quasi vmbra fuit, quia vidi
mus eā non habentē speciē neq; de. De
qua dicitur: Ascēdet dns super nubem
leuē, & ingredietur Egyptū. Hęc est nu
bes lucida sup apostolos, ne eos iniqui
tatis erueret ardor: qd' propheta præ
diebat: Iā in vmbra tu. vi. in gen. Nā
& propheta eū in vmbra videbat, qui
quasi in speculo mētis, diuino illumina
tus spū futura ꝑuidebat: nūc autē totū
illuminat mundum, quāuis adhuc per
umbrā sui corporis. i. ecclesię videam⁹
eum nō facie ad faciē. In hac vmbra re
frigerari spe viuimus. Notandū, quōd
omnis lamentatiōis intētio ad hūc finē tendit, in q̄ ois molestia fini
tur: posita ꝓ ō q̄si diutū demōstrat, qa pars electa renet dexterā: re
probatis polluta, amplectit leuā. Vnde ei dānatio æterna, alię
vita æterna. Cū abster. de⁹ oēm la. ab ocu. Qđ crux dñi q̄si tri
bunal iudicis ꝓsignauit, vbi ꝓ fidē alter eorum q hinc inde depen
debat allumptus est, alter ꝓ blasphemiā damnatus est, quia pendē
tem coram oculis suis vitā contempsit. Est quoque diligēti discre
tione notandū, qđ' sctōrū luctus terminat, & gaudiū post tristitiā
incipit. In duobus sequentibus versibus, i gaudio ve vltimū in-
choatur: qđ' nullo doloris remedio terminatur. vñ addit: Gaude,
lętare filia Edō. b ¶ Gaude & læ. Hist. Idumęos semp Iudęis ini
micos fuisse & cæteras gentes per circūitū historię narrāt & ꝓphe
tæ: & qa de malis eorū lętati sunt, digna vindicta domini inebri-
ari. vnde subiungitur: c ¶ Ad te quoq; per. ca. Hęc omnia com
pleta sunt Babylonijs Iudæos captiuantibus, qui & ipsi captiuati
sunt, Persis & Mœdis vastantibus: sed melius hæc de vltimo iudi
cio accipiuntur. ¶ Gaude & lętare. Allego. Edom & Babylonia
idem significant. Duæ enim ciuitates ab initio seculi signantur: al
tera Ierusalem, altera Edom, quę & Babylon: Altera cū prophęta
plangit & parturit, altera cur plangatur nescit: Alteram Christus
ædificat, alteram diabolus, qui per Nabuchodonosor signat Ba
bylon est ciuitas perditorum, quæ inebriat omnem terram vino
iniquitatis. vnde: Calix aureus Babylon in manu domini de vino
furoris eius biberunt omnes gē, quo Edom & inebriata plāgitur.
Ideo ei ironicē dicitur: Gaude & lætare filia Edom. Edom san
guineus vel rubeus interpretatur: hic est populus qui carnis vitia
sectatur, qui de primogenitis presentis vitę voluptates nundina-
tur. vnde sequitur: Quię habi. in ter. Hus. Nisi enim in terrenis
mentem posuisset inebriari, vel virtutibus spoliari non posset. Ie
rusalem autem sursum est, cuius conuersatio in cælis est. Væ
enim habitantibus in terra. Edom verō quæ in terra habitat licet
gaudere & lætari videatur, aureo tamen poculo inebriatur, & in
furore domini nudatur: quia decreuit non in terra simpliciter cō
uertari, sed iuxta alios codices in terra Hus, id est consiliatoris, dia-
boli scilicet, qui peruersa suggerit consilia contra angelū magni
consilij. Nam & Edom terrenus interpretatur: in quo signantur,
qui terrena sectantur diaboli decepti consilio, vnde ad eos perue-
nit aureus calix, & nudantur gratia dei. d ¶ Completa est ini-
quitas. Nota quōd in clausula vltimi versus attribuit vnicuique
parti quod conuenit, vt Sion scilicet afflicta non desperet, & filia
Edom affligenda non insulter. ¶ Completa est iniquitas. Histo.
Absolutis peccatis populo Israel reditus in terram suam, & quies
secura promittitur. In eos verō qui eum persecuti sunt, id est
filios Edom futura vindicta declaratur. Hæc iuxta literam vtrisq;
contigisse manifestum est, sed generaliter de omnibus accipiendū
est, quibus in vltimo examine secundum opera sua sentētia dāda
est: vt Sion de mœrore transeat ad lętitiam, Edom de lętitia ad tri
stitiam sempiternam. ¶ Notandum maximē admirandum, ad
quantā altitudinem Ieremias conscenderit. vnde quasi de speculo
dilatato corde agones huius seculi considerat, nunc simul omnes
nunc singulos, nunc Iudęorum casus deplorat, nunc ecclesię luget
detrimenta, morum perturbationem dolet: nunc restaurationem
Ierusalem & gloriam intuetur, & ecclesiam exaltandam gloriatur

☞ cum victoribus

a Dei filius. ¶ Iosias. b ¶ Quasi totius miseriæ solatium, in Christo speremus: illum imitemur, qui captus est pro peccatis nostris. c ¶ Qui peccatum non fecit.

Christus dominus cāptus est †in pec a b

a ¶ Refrigerationis. vnde: Sub vmbra alarum tuarum &c.

catis nostris: †cui diximus, in ūmbra c d

a ¶ Adunati gentibus, vt fiat vnum ouile & vnus pastor. ¶ Ante mortui.

tua uiuemūs in gentibus. Sin. Gau e f

a ¶ Sed. ¶ Ironice loquitur. b ¶ Terrena vel sanguinea, quia sicut in Christo spes sanctorum & exultatio, ita & malorum confusio & damnatio.

dē & lætare filia Edōm, quæ habi g

a ¶ Pertinaci studio. b ¶ Non in cælo. c ¶ Consiliatoria, id est diaboli. d ¶ Sicut ad Ierusalem. vnde: Qui acceperit gladium, gladio peribit.

tās in terra Hus. Ad tē quoque per h

a ¶ Babylonia, qui inebriat omnes gentes.

ueniet cālix, inebriaberis atque †nu i k

a ¶ Virtutibus. b ¶ Finita. vnde: Dimissa est iniquitas illius.

dabēris. Tau. Cōpleta est iniquitas l

a ¶ Christus dñs. i. vnctus in regem ex ordinatione diuina. C
b ¶ Captus est. in fossis eorū. s. A Egyptiorū. Dicit enim Ra. Sal. quōd cū Iosias iret ad pugnandū contra regē A Egypti, & nolet ē pugna requiescere, vt habet. iiij. Re. xxiij, & .ij. Para. xxxv. A Egyptij fecerūt fossas ꝓpe suū exercitū, vbi Iudęi debebāt eos aggredi quę erāt operę desup. & ideo exercitus Iosue illuc veniēs per fossas illas decept⁹ fuit statim debellat⁹, & Iosias læ † in foueis taliter vulneratus: & ex vulnere postea q̄s sodorūs mortuus. c ¶ Cui dix. de q̄ viuente diximus: d ¶ In vm. t. i. sub protectione. e ¶ Viue. in gen. i. securi ab impugnatione gentiū q̄ circa nos habitāt. Expositores ꝓ ō Latini dicunt cōiter, q̄ Ieremias hīc ꝓphetauit de morte dñi nr̄i Iesu Christi: & secūdū hoc hęc ē lra: Spūs oris nr̄i Christus dñs, &c. Circa qđ' sciē dū, qđ' vbi habemus hīc dñs: In Hebr. hr̄, nomē dñi tetragrāmatō, qđ' nō pōt dici de aliq̄ in nominatiuo casu, nisi de deo vero: verūtū qa illud nomē est indeclinabile, sicut & alia noīa Hebraica, indifferēter accipiē in casu noīatiuo & genitiuo & reliqs, sicut hęc noīa cornu † vomes & gelu i Latino: & iō sec'm qđ' iste passus exponiē de Iosia q fuit bō purus, nō pōt dici de eo i noīatiuo casu: sed bene pōt prout exponitur de Christo, q est verus homo & ver⁹ deus in vno suppposito, & sic est sensus: Christus dominus, id est Iesus ver⁹ homo & verus deus. Qui est spūs oris nostri, id est nos viuificans in respiratione suæ gratiæ. Captus est in peccatis nostris, id est Iudęis traditus ꝓpter peccata nostra delēda. Cui dixim⁹: In vmbra tua viuemus in gētibus. Loquebatur enim Ieremias i ꝑsona populi vt ꝑdictū est. Vidit aūt Ieremias aliqs de Iudæis fidē Christi recepturos, & ꝓ cōsequns sub vmbra eius victuros cū gētib⁹ fidē Christi recipiētib⁹ sub noīe Christiano. Vidit etiā alios in infidelitate ꝑmansuros, & istos etiā vidit victuros inter Christianos tēporaliter sub vmbra Christi. Vna em̄ causa q̄re sic ꝑmittunt viue D re est, vt Christiani per ꝑsentiā Iudęorū magis habeāt memoriam Christi, sicut diffusius dictum fuit super illud Psal. lviij. c. De⁹ oīdit mihi sup inimicos meos, ne occidas eos, ne qñ obliuiscant ꝑpli mei, &c. f ¶ Gaude. Positę posita est Ieremiæ lamētatio, hīc in fine ponit cōtra aduersarios inuectio. Et dicit hīc Ra. Sa. q̄ Ieremias hīc prophetizat de destructione Romani imperij, eō q̄ destruxerit templū & captiuauit populum Iudæorum tempore Titi & Vaspasiani: & sic p filiam Edom hīc intelligit Edom seu' populus Romanus, cū dicitur: Gaude & læ. fi. Edō. q. d. gaudiū istud quod habuisti de destructione ciuitatis & tēpli, in tristitiam tuā cōuertetur. Ad te quoq; pueniet calix vindictæ diuinæ. Sed ista expositio nō videt rationabilis, quia Edō alio noīe dictus est Esau. Gen. xxv. & sic Edō descendit de Sem filio Noe per Isaac, cuius fili⁹ fuit Esau. Tota aūt Europa i qua est Roma, dicit populata fuisse à filijs Iaphet: propter qđ' nō videt rationabiliter dictū, qđ' per Edō signi ficetur Romanum imperiū. propter qđ' dicunt doctores nostri, q̄ per filiā Edō intelligit ipsa Idumęa ab ipso Esau, ꝓut dictus est Edom denominata: & inuehit hīc prophęta spectaliter cōtra Idumæos, qui debuerāt diligere filios Israel, eō qđ' descenderūt à duobus fratrib⁹ vterinis. s. Iacob & Esau, & ipi magis eōuerso habuerunt eos odio, & in destructione Ierm̄ fuerunt cū Chaldæis gaudentes de illa destructione: iō dr̄ hīc: Gaude & læ. f. Edō. q. d. ista lętitia tanq̄ iniusta in tristitiam conuertet. g ¶ Quæ habitas in ter. Hus. Ista Hus non est illa de qua natus fuit Iob, vt hr̄ Iob. i. sed alia eiusdem nominis existens in regno Idumęę. Freq̄nter enim in scriptura reperit, quōd duæ ciuitates vel loca i diuersis regnis posita, eodem nomine æquiuocē nominantur. h ¶ Ad te quoque perueniet. ca. id est pœna diuinæ vltionis. i ¶ Inebriabe. s. ad plenum punieris. k ¶ Atque nudaberis. honore & alijs bonis. l ¶ Completa est iniquitas. id est cōplebitur in fine .lxx. annorum: quia tunc

✻ a ¶ Christus domi. qa gerit vices domini nostri Iesu Chrsti. Moraliter
b ¶ Captus est. hoc debent dicere subditi, quando pro peccatis habet pati. c ¶ Cui di. i. Debēt em̄ boni subditi cōfiteri, qđ' viuūt ex meritis boni prælati. f ¶ Gaude. hīc ad literam describitur destructio Idumææ. quæ fuit multūm molesta Iudæis, & quoniam interpretatur terrena, signat populum terrenis cupiditatibus immersum, cui dicitur ironicē: Gaude & lę. q. d. magis deberes tristari & plorare. Et subditur causa cūm dicitur: h ¶ Ad te quoq; pca. id est punitio diuina. i ¶ Inebriaberis & nuda. in quo de signatur pondus tribulationis. l ¶ Completa est iniquitas tua fi. Sion. nam in tribulatione Antichristi purgabuntur electi.

Vm victoribus gaudet, cū victis luget: denicq; omnē sexū, omnē ætatē, prælatos & subditos tanquā vnus sit in omnibus si malē excedat deplorat, & ad plorandū inuitat: singulis personis ꝓpria lamenta impertitur, & semper nouas lachrymas fundit. Vnde dum alternatim nouas personas inducit, ad vltimū dñm nostrū Iesum Christū esse captū testatur pro peccatis nostris: nō tñ oēs à morte redemisse prope finē ingemiscit. Et eorū q cōuersi sunt, finitā esse malitiā gaudet, vt vltrà eos dominus non transmigret, quia plantati sunt in domo dei, & erūt sicut angeli in cęlo, id est regnabunt cū Christo. Eos verò qui sanctos persecuti sunt pro iniquitatibus puniendos esse affirmat, cū eorum detegentur peccata. Hinc intelligendum est, quòd in scripturis sanctis nihil aliud est q̄ lamētationes, quæ frequētandę sunt in hoc seculo, & carmen quod cū angelis cantabimus in cælo, & væ qđ filij Edom vlulabunt in inferno. Lugeamus ergo cū Ieremia in hoc seculo, ne vlulemus cū filijs Edom in inferno. Fugiamus gaudia pūtis vitæ & inania carmina, vt cū angelis cantare possimus perpetuum hallelu ia. ¶ Cōpleta est. Allego. Hę sunt (vt diximus) duę ciuitates, quæ ab initio construuntur: Sion quę & Ierusalem per Isaiam dicitur, quòd cōpleta sit malitia eius, & dimissa iniquitas illius, secūdum illud: Brituorum remissæ sunt iniqui. &c. Cui simile est istud: Completa est iniqui. tua filia Sion. Completa est, quia remissa, & finita: quia suscepit de manu domini du. pro o. peccatis suis. vnde læta promissio subiungitur: Non addet vltrà vt transmigret te. Cū ēm facto iudicio iniquitas cessauerit, & plena requies affuerit, nulla amplius mutatio erit. a ¶ Visitauit iniquitatem tuam. non vt remittat sed vt puniat, dicens: Ite maledicti in ignem æternum, & cę. Discooperiet peccata. quæ tecta fuerunt, & iniquitates, quia tunc manifesta erunt abscondita cordis nostri, quando illuminabit dominus abscondita tenebrarum. Quę hîccelando tegimus, ibi deteget deꝰ, & teget quæ per confessionem detegimus, & quæ lachrymis abluimus, attritione cordis & corporis obliteramus. Hęc quidem sunt signa futuri examinis, quod per Tau literam significat: quæ (vt sæpe diximus) signa interpretatur: vnde & lamētationes sub eadem litera terminantur. vnde: Dedisti metuentibꝰ te sig. v. f. à. f. arcus. ¶ Recapitulat tanq̄ rhetor diuinus, omnia sub vno aspectu colligēs more rhetorico, conquestionem & indignationē alternatim permiscens. Conquestione in se & in suos, clementiam iudicis alliciens. Indignatione in aduersarios iram cō pellens: Conq̄rendo ergo exponit quibus in bonis fuerunt, & quibus in malis sint dicens: ¶ Recordare domine quid acci. nobis. Vel secundum alios: Memento domine, quid acce. no. &cę. Deplorat igitur ante iudicem clementissimum q̄ turpes res & humiles passi sint. Iuuenes ergo si bene perpendis etiam loquendi artes à nostris ad philosophos transisse, nō ab illis ad nostros ascendisse: Quod plenè percipies si per singula intentionem prophetæ & affectum & verba cōsideres. Ipse est enim fratrum amator, qui multū orat ꝓ populo, pro omnibus lamentans, & omnes ad lamentandum inuitans. ¶ Hæc lamentatio à quibusdam canticum appellatur. Nam & lamenta rectè cantica dicuntur & econuerso: Sicut enim in pūctis sine miserijs nulla sunt gaudia, ita sine lamentis aut pauca aut nulla sunt cantica. Monachi tamen tanq̄ psalmum decantāt. Vera autem cantica in cęlesti Sion decent lamentationes in exilio. Iure tamen antequam ad patriam veniatur ad quam properatur, quasi in meditullio carmina fletibus & econuerso permiscentur, dum præsentia mala planguntur, & gaudia futura sperantur.

Allegoricè Isa. 40. a. Psal. 31. d. Isa. 40. a. Matt. 25. d. 1. Cor. 4. a. Psal. 59. a. Recapitulatio. Infrà. 5. a.

a ¶ Ecclesia. b ¶ Speculationis. c ¶ Plantati in domo domini in atriis do. dei n. ¶ Quia immutabili immutabiliter adhęrebis.

tua filiā Sion: non addet ultrà, ut transmi[grē]t[e]. Visitauit iniquitatem tuam filia

a ¶ Ecclesiam. b ¶ Puniendo. c ¶ Non creaturam suam. d ¶ Pars iniqua.

Edom, discooperiet peccata tua.

a ¶ Terrena & sanguinea. b ¶ Quæ confiteri noluisti.

Nicolaus de Lyra.

Orum: quia tunc reuerteris ad terram tuam completa captiuitatis tuæ pœna, quę pro iniquitatibus tuis est tibi inflicta. a ¶ Nō addet vltrà. scilicet dominus. b ¶ Vt transmig. te. de terra tua ejiciendo: subintelligitur tamen conditio scilicet si adhęreas & seruias fideliter domino deo tuo: quia istæ promissiones diuinę intelligūtur sub cōditiōe, sicut dictū est suprà. xvij. & ita factū est, qa filij Israel non fuerunt electi de terra illa, donec negauerunt dominum suum Iesum Christum coram Pilato, dicentes: Non habemꝰ regē nisi Cęsarē, Ioh. xix. c. eius mortē iniqui procurātes: ꝓpē qđ per Romanos fuerē partim occisi, & partim captiuati. c ¶ Visitauit. eam iuste puniendo. d ¶ Discooperiet. pœnam manifestā omnibus inferendo: & loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ.

Moraliter ✻ ¶ Non addet vltrà. nam electi immutabiliter recipientur in gloria cælesti. b ¶ Visitauit in. grauiter puniendo. d ¶ Discooperiet. in finali iudicio.

¶ In cap. iiij. Quomodo obscuratum, &cætc.

ADDI. Sequitur quarta lamentatio quæ incipit: Quomodo obscuratum est aurum. vbi postq̄ propheta deplorauit destructionem Ierusalem, quæ erat caput regni, nunc deplorat destructionē tēpli & cultus diuini sanctuarij. Est tamē notandū, quòd licet in qualibet lamentatione tangat aliquid de destructione istorū quatuor: tamē principaliter intēdit prima lamentatio de primo. & secūda de secūdo, & sic de aliis. Diuiditur ergo hæc lamētatio in tres partes principales. Primò nanq̄ propheta deplorat tēpli & cultus diuini desolationē. Secūdò verò infert desolationis causam, & ingrit & inuestigat rationē in versu. xij. q incipit: Nō crediderunt reges terrę. Tertiò verò cum gaudio p̄dicit & aspicit futurā consolationem in versu. xxj. qui incipit: Gaude & lętare. Prima autē pars in qua deplorat propheta destructionē tēpli, diuiditur in quatuor partes, secundum quatuor quæ considerāda sunt circa tēplum. Potest enim primò considerari ei⁹ apparatus quo vestiebat. Nam. iij. Regū. vj. dī, qđ nihil erat in templo, qđ nō tegeret auro: vbi erāt lapides saltem in rationali & vestibus sacerdotū. Hunc apparatū deplorat ꝓpheta in primo ỳ su, dicens: Quomō obscuratū est aurum, & mutat⁹ est color optim⁹. Secundò verò potest considerari circa tēplū comitatus & cœtus qui ingrediebat ipsū, & per ḡs frequētabat. Nā ingrediebant ipm inclyti hoīes, quos deplorat in sc̄o versu ꝓpheta, dicēs: Filij Sō inclyti & amicti auro puro, aliās primo. Ingrediebant ipsum puæ ac deuotæ mulieres: super q̄bus deplorat in tertio ỳ su propheta: q̄ versæ sunt ad similitudinē lamiarū q̄ filios lactāt & in siluis nē crudeliū struthionū. q̄ mulieres de Ierusalē leguntur comedisse filios suos tēpore obsidionis. vñ subdit: Sed & iamiæ nudauerit mammas suas. Ingrediebantur etiam pueri & infantes quos deplorat in quarto ỳ su, dicens: Adhæsit lingua lactantis, ad palatum eius in siti. Ingrediebant etiā delicioſi iuuenes & adolescentes, quos deplorat ī quinto ỳ su, dicens: Qui vescebant voluptuosē, interierunt in vijs: Ingrediebantur q̄nq̄ diuersi status homines & conditionis, quos omnes sub vna clausula generali per comparationem ad destructionem Sodomorum ꝓpheta deplorat in. vj. versu, dicens: Et maior effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum. Tertiò potest considerari circa templum Nazareorum ritus & cœlibatus quo oblectabatur: Qui quidem Nazarei describuntur in pristina dignitate in ỳ su septimo, qui incipit. Candidiores Nazarei eius niue: quos deplorat in versu octauo, qui incipit: Denigrata est super carbones. Deinde verò concludit ex prędicta calamitate quędam generalis sententia in nono versu: Melius fuit occisis gladio, quā interfectis fame. Deinde verò illa sententia approbatur ex facti euidentia & per locum à minori in decimo versu: Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos. Ex quo H intendit propheta probare, quòd melius fuit occisis gladio, quā interfectis fame. Quarrò verò potest considerari circa templum cōstructura & totius fabricę status, quæ in sublime erigebatur, cuius combustionem & destructionem vlq̄ ad fundamenta deplorat in. xj. versu, dicens: Compleuit dominus furorem suum: succēdit ignem in Sion, & deuorabit fundamenta eius: & sic finitur prima ps principalis quartæ lamentationis. ¶ Est aūt sciendum, qđ licet aliqualiter possit exponi, qđ in ista lamentatione prędictū ē de combustione templi quę facta est per Chaldæos & per Nabuzardan principem militiæ Nabuchodonosor imperante, magis tamen clarè & literaliter exponi habet de destructione facta per Romanos sub Tito & Vespasiano: q̄a ī obsidiōe Romanorū legūt mulieres misericordes coxisse filios suos, & hoīes extabuisse p̄ fame, &c. quæ hîc dicuntur, quę tamen non leguntur fuisse facta in obsidione Ierusalem per Chaldæos. Deinde sequitur pars secunda principalis, in qua propheta inuestigat & narrat desolationis templi causam & rōnem, q̄ incipit versu. xij. Non crediderunt reges terræ. vbi ꝓpheta oñdit hanc desolationem anteq̄ fieret, fuisse vniuersis gētibꝰ incredibilē: & hoc versu. xij. ait: Nō crediderit vniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis per portas Ierusalem. Sed ò verò oñdit eādem desolationē postmodum visam eisdē, gētibꝰ iustā & rōnabilem propter tres causas. Prima effusio sanguinis innocētis & iusti: quia sacerdotes & falsi ꝓphetę interfecerunt Zachariā, Isaiā, & multos alios ꝓphetas Isrl: & hāc causā Ieremias describit ī ỳ. xij. q incipit: Propē pcā ꝓpheta & iniqtates sacerdotū, & ī ỳ su. xiij. q incipit: Errauerūt cęci, polluti sūt sāguie: ꝓ quā causā itroducit clamorē oīm gētiū & nationū cōtra habitatores Ierlm in ỳ su. xv. Recedite polluti. clamauerūt eis: recę. &c. & ī versu. xvj. Facies dñi diuisit eos. Secūda ỳ ò cā q̄ re rōnabilis fuit tēpli desolatio, fuit p̄stolatio alterius auxilij quā dei. Cū ēm Nabuchodonosor obsideret ciuitatē, Sedecias & pplus ad auxiliū dñi debuissent recurrisse, & potius recurrerunt ad auxilium regis Pharaonis: propter quod dominus tradidit eos īmanus Nabuchodonosor q tēplū destruxit. Et huiusmodi causa tāgitur ī versu. xvij. q incipit: Cū adhuc subsisteremus, defecerūt oculi nostri ad auxilium nostrū vanū, cū respicere[mus] attenti ad gentem quæ

plorat

A tem quę saluare nos non poterat. In versu. xviij. describitur quali ter ipsis sic prestolãtibus AEgyptiis non venientibus finis venit obsidionis eorũ, & capti sunt. vnde incipit versus ille: Lubricaue runt vestigia nostra. In versu verò. xix. ostenditur, quòd nec potuerunt fugientes de ciuitate peruenire vsq; in AEgyptum. vnde subdit: Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cęli. Tertia verò causa desolationis templi fuit mors & interfectio Iesu Christi, quę tãgitur versu. xx. qui incipit: Spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris. Quãuis enim aliqui Iudęorum intelligunt hũc versiculũ de Iosia, qui interfectus est à Phara one Nechao. alij verò de Sedecia qui egressus de ciuitate voluit fugere in AEgyptũ: quem persecutus est Chaldęorum exercitus, & comprehendit in deserto Iericho: tamen non potest intelligi ad literã de illis, cũ quilibet istorũ captus fuerit in peccatis suis. Iosias quidem quia non obediuit vero prophetę ex ore domini, vt dicitur in. ij. libro Esdrę. j. Sedecias autẽ quia non obediuit verbis Ieremię, nec seruauit iuramentũ quo se astrinxerat cum rege Chaldæorum. Et idcirco dicitur literaliter non posse ista intelligi, nisi de domino Iesu Christo. Vnde quæ dicuntur à. xij. versu. & deinceps habẽt referri ad mortẽ eius, in quẽ conspirauerunt scilicet sacerdotes & prophetę: hoc est legis doctores & scribę: vnde etiam de Iudæis verificatur post mortẽ Christi prędictus versus, qui dicit: Facies domini diuisit eos: non addet vt respiciat eos. Post captiuitatem enim Chaldæorum deus respexit eos, & in terram suam reduxit: sed post mortem Christi despexit eos sicut est hodie. Item si bene attendantur prędicta verba scilicet: Spiritus oris nostri Christus: propriè intelliguntur de Christo, qui secundũ diuinam naturam inspirauit in faciẽ primi hominis spiraculum vitæ, Gen. ij. b quod pertinet ad esse naturæ hominis. De ipso etiam legitur Ioh. xx. e. Insufflauit in eos dicens: Accipite spiritũ sanctũ, C quod pertinet ad esse gratię: & sic secundũ prędictas cõsiderationes propriè dicitur de Christo deo & homine. Spiritus oris nostri, non autem de aliquo alio puro homine. Item quod sequitur: Gaude & lætare filia Edom, propriè videtur intelligendũ de illa Idumęa, quæ est synagoga Iudęorũ procurantiũ mortem Christi, prout fuit declaratũ in additione supra, Isa. xxxiij. De illa enim potest intelligi quod in litera dicit: Quę habitas in terra Hus, &c. Hus enim interpretatur consiliũ: vnde de ista Idumæa dicitur suprà, Isa. xxxiij. Quòd consiliũ iniuit contra Christum. Si enim in hoc loco Idumęa intelligeretur de illa quę descẽdit ab Esau secundum carnem, & Hus de illa natione quę descẽdit à Nachor: sic falsum esset dicere, quòd Idumæa habitaret in terra Hus: nam Idumęa & Hus sunt diuersę nationes in diuersis regionibus habitantes. Deinde sequitur tertia pars & vltima istius lamentationis, in q̃ propheta aspicit & prædicit futuram consolationem de conuersione Iudæorum: postq̃ introibit gentium plenitudo, vel de reditu eorum de captiuitate Babylonica. Et primò ironicè loquitur contra natiões vicinas & Idumęas dicẽs versu. xxj. Gaude & lętare filia Edõ, q̃ habitas in terra Hus: qd' intelligitur p antiphrasim & quãdã ironiã. Secundò verò consolatur Iudæos, vel de regressione de captiuitate Babylonis, vel potius & literalius de conuersione eorum ad fidem Iesu Christi, quæ erit in fine seculi: & hoc in ℣ su. xxij. & vltimo. Completa est iniquitas tua filia Sion: non addet vltrà vt transmigret te. Constat enim quòd ad literam hoc intelligi non potest de captiuitate Babylonica. Nam postq̃ de captiuitate Babylonica Iudei sunt reuersi, captiuati sunt per Romanos & transmigrati & dispersi: & propter hoc referenda sunt hæc ad finem seculi, sicut dictum est. Et in hoc lamentatio quarta finitur.

GLOS. ORDI.

Glosa ordinaria.

Hist. Recordare. Hist. Cap. V. Captiuitatẽ & miseriam suæ gentis ingerit oculis creatoris. Notandũ tamẽ qd' iudicem in aduersarios nõ exasperat, sed genti suæ deplorando veniam orat. Non dicit: Memẽto domine inimicorum nostrorũ, q. d. tolle dñe mala q̃ patimur, sed ignosce factorib' qd accidere nobis. Mala enim quædam sũt nobis quasi naturalia, sed alia accidentalia, quę sponte & actualiter peccando adquirimus. Intuere & respice idẽ est, sed iteratio affectionis indiciũ est. hoc enim affectum dolentis legendũ est. Opprobrium enim erat gentẽ sanctam miraculis prædictam dei præsentia illustratam intantũ peccasse, vt iusto dei iudicio tam immani mulctaretur captiuitate. a ¶ Recordare. Allegor. Vox martyrum est, qui tormentis afflicti clamant: Memento domine. q. d. cũ enim in præsentia non vlciscatur, oblit' videtur. vñ: Vsquequo domine obli. in finem. Et alibi: Obliuiscere ino. n. & t. n. Opprobrium em̃ & cõtumelias martyribus esse illatas, nemo est qui ambigat. b ¶ Hęreditas. Histo. Mala particulatim enumerat. Iudęis em̃ captiuitatem translatis, hęreditatem eorũ possederunt alieni. Tangit etiam patrum prærogatiuam, & largitatem diuinam, qua largiente hostium hęreditas ad patres transiuit, quã diu possederunt protectiõe dei. Ad alienos à deo s. nõ ad supiores vel ad pares, sed ad inferiores, qd' indignissimũ est. ¶ Hæredi. Allego. Hæretici hæreditatẽ ecclię aut dæmonibus aut prauis institutionibus tradiderũt. Vñ alia interpretatio: Hæreditas nra cõuersa est alienis, & domus nostræ extrancis. Q.d' em̃ cõuertit, erat qdẽ sed in aliud mutatur. Scriptura em̃ hęreditas est fidelitũ: hãc autem conuertunt q à deo alieni sunt. Alienis est sc. scriptura ad mortem quæ conuertitur catholicis ad salutem, qa immutata seruat. Domus nr̃ extrancis. Quicqd em̃ interius exterius ve habuit ppls ab hostib' (lect'm lram) possessum est vel trãslatũ est. ¶ Tropologicè verò domus, scripturas diuinas significãt, in qb' mentis intentiones habitant tanq̃ ianuis patefactis sensibus: sed eas hæretici ad suæ prauitatis intentionem conuertunt. Dęmones quoq; extranei intelligunt, q̃ sensum extraneũ scripturis inserunt: Domus etiã nostræ, id est mẽtes humanę ad extraneos. i. spiritus immũdos peccando transeunt. c ¶ Pupilli facti. Quintus decimus locus conquestionis, per quem eorum qui chari esse debent, magis q̃ proprias plangimus fortunas. ¶ Pupilli. Histo. Alia interpretatio habet: Orphani facti sumus velut non habentes patrem. Deus em̃ Iudæos adoptauit sibi in filios. vnde: Filius meus primogenitus Israel: sed facti sunt velut non habentes patrem, quem quãuis habentes iniquitatibus suis irritauerunt. Matres no. qua. vi. (septem. s. synagogæ in mõte oliueti cõstitutæ, q̃ tãquã matres filios debebãt lactare, subditos educare, q̃ Chaldęa captiuitate desolatæ & crematæ sunt. ¶ Pupilli. Alleg. Eadẽ ecclia voce gemit dũ oppꝑssa angustijs, Allegoricè
D
min' sẽtit auxiliũ paternę pietatis & cõsolatiõis. Ali' ỹ ò iterpres dixit, nõ habẽtes pr̃em: ali', velut nõ habẽtes. Aliq̃n enim grauiorib' delicijs offens', oino pater amittitur. Aliquando autem auxiliũ differt, sed non aufert. Matres nostræ q̃si viduæ, ecclesię scilicet quæ nos nutriunt suo lacte: viduatę, à pastoribus fugientibus vel negligentibus, non possunt filios deo generare: quia non habẽt qui possit fœcundare: Non tamen absolutè dicuntur viduę, sed quasi viduę. qa videntur viros habere. Hæretici autẽ iure

Oratio Ieremiæ prophetæ.

Caput V.

a ¶ A persona iudicis, cuius misericordiam humiliter imploratur. ¶ Vox martyrum. ¶ Qui oblitus videtur, dum non vlciscitur. ¶ Quam magnum, quam crudele.

Ecordare domine a

a ¶ Immeritis. ¶ A persona propria cuius exponitur miseria.

quid acciderit nobis: intuere & respi b

a ¶ Vnde: Facti sumus opprobriũ vicinis nostris. ¶ Scriptura.

b ce opprobrium nostrum. Hæreditas c

a ¶ Dæmones. b ¶ Scripturarum intelligentię vel mentes.

nostra uersa est ad alienos: domus

a ¶ Deo, pro peccatis nostris offenso. ¶ A fortuna. ¶ Quibus debes esse adiutor. vn de: Pupillo tu eris adiutor.

c nostræ ad extraneos. Pupilli facti d

NICO. DE LYRA.

Recordare. Posita lamentatione Ieremię, Cap. V. hîc vltimò ponitur eius oratio, in qua explicat multiplicem populi sui miseriã ad prouocandũ diuinã misericordiam. Et diuidit in duas partes. Quia primò explicat miseriam ex parte captiuationis populi. Secundò ex parte destructionis regni & templi, ibi: Cecidit corona. Circa primum dicit: a ¶ Recordare domine. id est ex tua pietate nostrę miserię condescende. Non enim obliuio & recordatio habet propriè locum in deo, sed ad modum recordãtis alicuius miseri se habet qũ ei auxiliabitur. c ¶ Hæreditas nostra versa est ad alie. Quod erat captiuatis magna pœna, maximè quia illa terra fuerat patribus eorum è deo concessa. d ¶ Pupilli facti sumus absque patre. Viri enim bellatores mortui fuerant & occisi pro maiori parte: & sic filij remanserant pupilli, & matres viduæ. Sciendum tñ Diuisio

qd' pupillus Moraliter

Moraliter. a ¶ Recordã. do. Post lamentationẽ Ieremiæ de populi & ciuitatis destructiõe, hîc cõsequẽter ponit eius orõ, p vtri usq; reparatione. Mora. ait põt esse orõ ecclię vel cuiuslibet fidelis, p releuatione terrę sãctæ, & ppli Christiani ab ea deiecti dicẽdo: Recordare d. tunc enim dicit recordari deus alicuius miserię, quando incipit eam releuare. b ¶ Intuere & re. Magnum enim opprobrium est toti Christianitati, & potissimè principib' Christianis, q̃ infideles possidẽt loca nr̃ę salutis. de qb' subdit: c ¶ Hæreditas no. verè est ad alie. id est Sarracenos. d ¶ Pupilli fa. prĩcipes ad quos spectat defendere populum Christianum, debent gerere vices patrũ: & prælati qui debent eũ nutrire ỹ bo & exẽplo, vices matrum, sed tã isti, q̃ illi paruũ aut nullũ circa prædicta po-

 ✻nũt remo-

iure sterilitas plangitur: quorū ecclesiæ rectè quasi viduę dicūtur: E quia etsi vero spōso in quibusdā sacramētis iungātur, deo tamē fructū nō cōcipiunt. Hāc significat cōcubinę Dauid, q̄ ad eas prius intrauit, sed nō sibi pleno, cōiugio copulauit: quas postea Absalom tanquā satanas incestauit, & Dauid eas in æterna dānatione in tenebris recluſit. a ¶ Matres no.

2.Re.16.d.

Moraliter

Mora. Matres omnium virtutum, fides spes, charitas, ex quib⁹ deo nascimur, & cæteræ virtutes generantur. Sed cū seculi vanitatibus vitiantur, & charitas q̄ verū seruatur cōnubium, ad alia defecīt, q̄si viduę, nō tamē absolutę viduæ deplorātur: qa etsi i qbusdā exterioribꝰ Christum amplecti videantur, vim tn̄ sanctę prolis generandæ amiserunt interius. Quod enim non est ex fide peccatū est: & qd̄ sine charitate agitur, pro

Rom.14.d.

Histo.

desse non pōt. b ¶ Aquam no. Histo. Crudelitatē hostiū & afflictionem suorum & iopiā significat, vt etiā aquam p̄tio emerent, cū debeat esse vsus cōmunis aquarum. ¶ Aquam no. Mora. A quā pecunia bibunt, qui lachrymarum liquoribus gemendo inebriantur. pecunia scilicet scripturarū, dū in eis ęternæ vitæ præmia perpendunt & supplicia, quarum meditatione charitatem nutriunt & timorem, & vtroq; modo fit animus pronior ad dolendum. vnde: Ciba bis nos pane lacrymarum in mensura. Ligna quoq; ad nutriēdū ignem domini emimus, cū spiritualia posthabitis terrenis cōparamus. Hanc quoq; aquā pecunia bibere, est sapientiam & scientiam secularium pro spiritualibus dare, aut certè virtutibus animi posthabitis vitia admittere.

Psal.79.a. †pœnas iniquitatum

Allegoricè Ioh.2.c.

¶ Aquam no. Allegori. Contra sacerdotes dicit hoc, qui faciunt domum dei domum negotiationis, qui doctrinam dei vt sacra & spirituali dona pecunia distrahunt, cū Isaias dicat: Oēs sitientes venite ad aquas, &c. & bibite absq; vlla cō. & l. Rectè ergo hīc vocē plebis plangitur, cui scripturarum ligna & spūalia dona quibus ignis quotidie in altari nutritur, pretio cōparantur. c ¶ Ceruicibus. Histo. Contemptum captiuorum, & vexationem, pio iudici insinuat, qui potentes deponit, & humiles exaltat. Ceruicibus enim percussis minabamur & compellebamur, vt lassati currerent, & sine requie laborem operis perferrent. ¶ Ceruicibus. Allego. Deplorat ecclesia, quòd martyres à persecutoribus colaphizantur, ligatis ceruicibus trahuntur, de loco in locum sine requie fugere compelluntur. quod significat cùm dicitur: Lassis nō dabatur requies. Omnis autem afflictio & despectio i percussis ceruicibus monstratur. quia tamen dictum est: Si quis te percusserit in vnam maxillā, præbe ei & aliam. melius per ceruicem superbiā accipimus, qua ferimur & fugamur, cū ex conscientia reatus, pertimescimus: quia deus & humilia respicit, & alta à longe cognoscit: Quo considerato non est requies, quia vita carnalis laboriosa, spiritualis quieta. d ¶ AEgypto. Histo. Plangitur quòd nobilitati prærogatiua prophetarum & patriarcharum, AEgypto cui ante seruierunt fame coacti pro panibus dederunt manum. vnde:

Luc.2.f.

Allego.

Matt.5.f.

Psa.137.b.

Histo.

1.Reg.2.a. Repleti prius pro panibus se locauerunt. Assyrijs q̄q; vrgente fame seruierunt, quibus deus olim manna pluerat, & eos miraculis multis extulerat. Quòd autem alia translatio habet: AEgyptus dedit manum Assyrijs in satietatem ipsis: signat AEgyptios Assyrioq; ad Iudæorū spolia distrahenda, & cupiditates suas satiandas, conueniſſe. ¶ AEgypto. Allego. Contra ecclesiam AEgyptus cum Assyrijs pugnat. de quibus dicitur: Non timebo mi. po. c. m. Per AEgyptum aĉriæ ptātes intelliguntur, quæ Assyrijs, id est potentibus adiunguntur, vt per eos electos dei persequantur. Hoc autem faciunt, vt impietatem suam satient crudelitate pœnarum. AEgyptus quoq; dat manum Assyrijs in satietatem ipsis, quando hæretici sociantur hæreticis, vt se satient acquisitione decepti populi. Sed iuxta Hebraicam veritatem ecclesia lamentatur, qd̄ etiam ministri altaris pro terrenis rebus dant manus potentioribus, qui diuitiarum vel delictorum tenebris obscurantur. AEgyptus enim tenebrę interpretatur. Vel, Assyrijs, id est dirigentibꝰ, qui se scilicet ad omnia mundana dirigunt, vt diuitijs affluant, honoribus excellant, quibus seruiunt ministri Christi pro caducis & transitorijs: & sic luminaria mundi tenebræ fiunt, qui manus ad sancta debent leuare, & cum Moyse ad cęlum tēdere, ne fiant graues. vnde: In noctibus extol. ma. ve. in san. & be. do. c ¶ Patres nostri peccauerunt. Paschasi. Histo. Iudæi iniquis patribus similes maledicta legis in se traxerunt, quasi importabile iugum:

Psal.133.a.

Histo.

a ¶ Ecclesiæ, vel fides, spes, charitas.

a sumus absque patre: mātres nostræ

a ¶ Fortunæ. b ¶ Res turpes & humiles. ¶ Doctrinam.

b quasi uidūæ. Aquam nostram pecu- a

a ¶ Contra illud: Qui non habetis argentum, emite.
b ¶ Scripturarum spiritualium donorum.

niā bibimus, ligna nostra pretio com

a ¶ A symoniacis sacerdotibus. b ¶ Percussis.

parauimus. Ceruicibus nostris †mi- b

a ¶ A persecutoribus. b ¶ Quia de loco in locum fugere compelluntur.

nabamur, lassis non dabatur requies. c

a ¶ Potentioribus qui curis diuitiarum obscurantur.
b ¶ Quasi vinčti.

d AEgyptō dedimus manum, & Assy- d

a ¶ Dirigentibus se ad locra seculi. b ¶ Caducis rebus & transitoriis. c ¶ Ecclesiastici, vel Adam & Eua.
¶ Patres nostri comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.

e riis ut saturaremur pane. Pātres e f

a ¶ Quia mortui.

nostri peccauerunt, & nō sunt: & g

a ¶ Originale peccatum, vel pœnæ culpa facerdotum.
¶ Verba videntur obliquare in iudicem, vt immeritos vlterius non affligat.

nos †iniquitates eorum portauimus. h

a ¶ A fortuna. ¶ Dæmones, vel hæretici, vel mali prælati. b ¶ Qui debuerunt seruire.
c ¶ Si deus non vult, alius non potest.

Serui dominati sunt nostri: nōn fuit i

nolentes Christū recipere, q̄ iugū legis venerat auferre: quibus dī. Gcitur: Vt veniat super vos oīs sanguis iustus, q̄ ef. est sup ter. &c. Matt.23. Et alibi: Implete mensurā patrū vestrorū. Quibus verbis ostenditur, quòd imitatores prędecessorū patrū in se delicta trahunt, qui sua portare nō sufficiunt. Quia ergo æmulatores patrū hæreditaria impietate deum offenderūt, quasi de radice in ramos & peccata & vindicta ꝓuenerūt, q̄si ptib⁹ nostris similes & iniquitatē eorū & vltionē portam⁹. Allego. ¶ Patres no. Alleg. Vox est Christiani ppli, q̄ sacerdotū & principū peccatis flagellatur, dicēt⁹: Pātres no. p. &c. Q. Nō sūt q̄ debuerant, & nos iniquitatis eorū vindictā sustiem⁹: nō tamē ppl's de se p̄sumat, qa p merito plebis ē electio pastoris: nec; imitatorib⁹ cul † minis pa minuī, sed augeī. vnde: Cain septuagies septies punītur, Lamech septuagies septies. Post præceptum em̄ exemplum, ma for est peccantis pœna sicut & peccatum. Potest etiam hoc referri ad originale pctm̄, cuius tabes in oēs transiit: sed qui gratia sunt liberati, nō portāt iniquitatem patris. Pec. no. pec. P̄tm̄ em̄ nihil est, & q̄ peccat nihil est: qa relicto vero esse, voluit non esse. i. peccare. Nō dixit, pātres peccauerūt, & nō est p̄tm̄ eorū. Illis em̄ defunctis, manet pctm̄ & pœna p̄ti: Sed posīq; p̄tm̄ i baptismo remissū ē, vnusq̄sq; ꝓpriis punit⁹ malis, aut remunerat⁹ p bonis. f ¶ Serui d. Hist. Easdē terit & reterit miseriās, semp aliq̄d noui adnēctēs, q̄uis eadē reuoluēs & nouos refert ex-

Nicolaus de Lyra.

quòd pupill⁹ propriè est qui caret matre: Orphanus verò patre: vnum tamen frequenter accipitur pro alio. a ¶ Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra pretio comparauimus. Quia existentes in terra Babylonis non permittebantur vti communibus, vt aquis & nemoribus liberè sicut Babylonij, sed emebant talia sicut serui. b ¶ Ceruicibus nostris minabamur. id est de amputatione capitum nostrorum. c ¶ Lassis non dabatur requies. Quia Babylonij cogebant eos ad laborem vltra modū. Consequenter explicat miseriam quę fuit ante ciuitatis destructionem, cùm dicitur: d ¶ AEgypto dedimus manum, & Assyriis vt saturar pane. quia aliquando confoederauerunt se cū ista aliquando cùm illis, vt possent tutari contra insultum regis Babylonis: & sic possent colere terram suam ad habendum victum de terrę nascentibus. f ¶ Patres nostri peccauerunt. peccato multiplicis idololatriæ. g ¶ Et non sunt. super terram viuentes. h ¶ Et nos iniquitates eorum portauimus. Propter enim iniquitates factas tempore Manasse regis fuit destructa ciuitas, & populus ciuitatis captiuatus, vt habetur. iiij. Reg. xxiij. qui longè ante captiuitatem mortuus fuit, & alij eiusdem temporis: bene tn̄ puniuntur filij pro parentibus tpaliter, & maximè qui sunt imitatores paternorū scelerū, sicut fuit i ꝓposito. i ¶ Serui do. s. n. i. illi q̄ prius solebant seruire nobis. Tēpore em̄ Dauid & Salomonis

Moraliter

nunt remedium. a ¶ Aquam no. pecunia bibimus. Nam illa quę sunt infidelibus cōia à Christianis inter eos habitantibus sub tributo emuntur pecunia. b ¶ Ceruicibus nostris mi. Nam Christiani inter ifideles habitantes de vita sua nō sunt securi, nec etiam illi qui sunt terris eorum propinqui. Vnde mō dicitur, q̄ se præparant ad inuadendum insulam Cypri. d ¶ AEgypto dedimus manum, & Assyriis. id est infidelibus. e ¶ Vt saturaremur pa. Nam habitantes inter eos pro victu necessario sunt in graui seruitute. f ¶ Patres nostri peccauerunt & non sunt. Nam propter peccata sua destructi sunt per Saladinum & alios Soldanos post ipsum. h ¶ Et nos iniquitates eorum portauimus. inquantū accessu libero ad loca sancta priuati sumus, & ꝓ suppositi seruituti quātū ad fideles cū infidelibus habitantes. iō subditur in eorū persona: i ¶ Serui d. s. n. i. infideles q̄ ecōtrario deberēt fidelib⁹ seruire. k ¶ Non fuit q̄ redi. de ma. eorum. Nā

* principes

ratem dominantur nostri,& affligunt seruitute peccati. Vel serui
A peccatorū in ecclesiarū regimine cōstituti,in eos quos dñs rede-
mit,luporū vtunt rabie,nō canū defensione. Luctus ergo iste pœ
nitentiū est,qui laqueos satanę euadere cupiunt, cuius dominio
subiugati sunt. Hæretici quo q; serui peccatorū, dominantur eis
quos decepērūt, & seruos faciūt vitio
rū,& interdū nemo est q absoluat eos,
q eorū dogmatib⁹ irretiti sunt. a ¶In
anima.&c. Histo. Immēsi laboris vexa
tio describit,cùm tam anima quā corp⁹
laborare ostendit. Erat enim exteri⁹, la-
bor quotidianū victū acquirendi, inte-
rius labor à facie gladij quasi cū pericu-
lo vitę agrebatur panis. ¶In anima.
nostris &c. Alle. Felix anima,quę tam
ardenter petit panem vitę, scripturarū
& virtutū,quem acquirit à facie gladij
solitudinis,i. timendo & cauendo ab in
sidijs diaboli. Cōtra hunc gladium⁹ op-
ponendo scutum fidei,vt saluetur à fa-
cie percussoris,de quo dicitur: Ante fa-
ciem eius fuit paradisus,& post eū soli-
tudo deserti,quia antequam fidelē ani-
mā irrumpat,virtutibus floret quasi pa
radisus:sed eius affl atu siccat,& in deser
tum redigitur. Relinquitur enim à deo
qui supplantatur à diabolo. b ¶Pellis
nostra. Histo. In exustione pellis,magni
tudo famis, quā si quis nosse desiderat
(q matres filios deuorasse affirmat) lo
sephum legat,& deuorantium fauces la
trunculos prefocasse,& penē de ipsis vi
scęribus cibos deuoratos abstraxisse.
¶Pellis nostra &c. Alleg. Plangitur
pellis nostra,quasi clibanus exusta, qua
primi parentes induti de paradiso sunt
eiecti. vnde singulariter pellis,nō pelles dixit,quia ex ipsis omnes
vnā cōtrahimus pellem mortalitatis. hęc facta est quasi clibanus
ardens,i. diabolus,q est fornax vitiorum, quem quotidie nouis
B concupiscentiarum incendit vsionibus. Hac adustione, tempe-
state famis affligimur,qui ęternę vitę epulis non reficimur. Alia
verò translatio habet,plagarum famis,cùm vna plaga sit vel tē-
pestas corporalis famis,quia fames spiritualis vulnerat omnes
sensus mētis & corporis. Hac quasi tempestatum turbine anima
fatata raptatur. Vnde sequitur: Mulieres in Sion &c. ¶Mu
lieres. Hoc ad literam Iudęis accidisse nemo dubitat: & Christi
ecclesias fame & sitiverbi dei afflictas,& hęreticorum prauitate
corruptas. vnde: Timeo ne corrumpantur sensus vestri à casti
tate,quę est in Christo Iesu. Et: Despondi enim vos vni viro,vir-
ginem exhibere Christo. Tales virgines corruptas fuisse merito pro-
pheta luget,quę si mulieres non fuissent,muliebria non admisis-
sent,hęreticorum fraudib⁹ deceptę,& adulterino humiliatę cōnu
bio. ¶Mulieres &c. Moraliter. Quoties peccatorum fœditate
grauamur,& de Sion altitudine ad humilia corruimus, mulieres
id est animę nostrę,in Sion,id est in culmine ecclesię leuate hu-
miliantur. Aliud est verò in Sion humiliari, id est in ecclesia
corde contrito & humiliato peccata confiteri, & sperare de mi-
sericordia iudicis. Aliud extrà,id est ab altitudine virtutum cor
ruisse,& per vitiorum humilitatem aberrasse. vnde suprà: Do-
cete filias vestras lamentum,& vnaquęque proximam suam plā-
ctum. Monet enim affectiones animarum lachrymis abluere,
& quasi filias vt pœnitētes plāgāt docere, & operatiōes corpo-
ris nostri quasi proximas lamentationibus emundare. Fide-
lium enim mentes quasi deo dicatę virgines sunt. Ciuitates
in quibus humiliant,diuersi dicuntur gradus. Alia est enim pro-
fessio sacerdotum,alia Leuitarum,alias monachorum, alia virgi-
num,alia viduarum,alia coniugatorum. In singulis sunt aliquę
virgines,aliquę non propositum seruantes deuirginantur. Vn-
de: Iuuenes mei & virgines meę abierunt in captiuitatem. Ve
rè enim omnes virgines sunt,quę corpore & spiritu incorrupto
deo seruiunt. Iuuenes quę nouitatem vitę & fortitudinem in-
duerunt: sed multi hostium insidijs & scelerum flagitijs corrue-
runt. d ¶Principes manu suspensi sunt &c. Histo. Prin-
cipes Iudęorum,suis ipsorum manibus,aut hostium eculeo, vel
ceteris tormentis suspensos ex alijs grauioribus manifestium est.
Senibus quoque reuerendis facie & ętate reuerentia nulla impē-
sa est. ¶Principes &c. Allegoricè. doctores sanctę eccle-
się hostium manibus ad alta suspenduntur,quando intentionem
boni operis deferentes ad voluntatem hostium distrahuntur,
& suarum manuum deuincti operibus, quasi in eculeo disten-
duntur

a ¶Nisi Christus,qui seipsum dedit in pretium.
b ¶Potestate.
[2] qui [a] redimeret de manu eorum. In [a]
a ¶Desiderio animarum. ¶Quasi: Quam indigna pari
mur,quam crudelia,quam miserāda.
animabus nostris afferebamus pa [b]
a ¶Qui de cælo descendit. ¶Scripturarum, virtutum.
b ¶Ab impugnatione insidianti a diaboli qui cecidit de
paradiso,vt habitaret in deserto.
nem nobis à facie [c] gladij in deserto. [c]
a ¶Mortalitatis. b ¶Diaboli. c ¶Flatu diaboli.
[b] Pellis nostra quasi clibanus exusta [d]
a ¶Spiritualis qui quasi turbo tempestatis animam
concutit.
¶Aduersarios in odium inducit,quorum sacium, spur-
cum,superbum & crudele oderunt. Et a persona eo-
rum benevolentiam sibi acquirit.
[c] est † à facie tempestatum famis. Mu [e]
a ¶Ecclesias. b ¶Hæretici.
lieres in Sion †humiliauerunt,& uir
a ¶Diuersis gradibus. ¶Non furtim sed publice.
[d] gines in ciuitatibus luda. Princi [a]
a ¶Sacerdotes. ¶Sicut Antiochus,& posti eius.
b ¶Quia hostium crudelitas nec ætati pepercit nec dignitati.
[e] pes manu suspensi sunt: facies se [b]
a ¶Quarum conquestionis locus: Hæc enim fortuna
& pristino honore indigna sunt.
¶Factum spurcū, nefariū, vnde hostes inducuntur in odiū.
[f] num non †erubuerunt. Adolescen [c]
a ¶Masculi in masculos turpitudinem o-
perantes. b ¶Senibus. ¶Quibus nec ætas subuenit.
tibus impudicè abūsi sunt, & pue [d]

distendūtur. vnde sequitur: e ¶Facies sen. non⁹ eru. Nulli enim C
ætati parcitur,quia serpens callidissimus nec pueris misereſ, nec
iuuenes reuereretur,nec parcit senib⁹: omnē ætatē & dignitatē vna
tēpestate inuoluit. Sæpe autē principes ecclesię & seniores contu
meliis affecti, manibus suspensi sunt. f ¶Adolescentibus &c.
Histo. Alia interpretatio. Potentes mo Histo.
lis molebant,& iuuenes ligno confixi
sunt. Sedeciam secundum historiam
plangere videtur,cui oculos rex Baby
lonis euulsit,eumq; molere fecit,& iu-
uenes ligno crucifixit. Sed secundum
nostrā interpretationem Romanorum
tangit flagitiū,qui masculis impudicè
abusi sunt. vnde: Masculi in masculos Rom.d.
turpitudinem operantes. Pueri enim
in ligno corruerunt,q in Christum in
ligno pendētem credere noluerunt. Po
tētes quoque in ligno scādalizati sunt,
quasi pueri,& molis molebant,dum le
gem ad literā infinito circumitu vertē
tes perpetua ęcitate dānati sunt: sicut
Samson erutis oculis molā circūuehit, Iudicum
vt se explicare nō posset,sed i eisdē ober 16.c.
ret vestigijs. ¶Adolescentibus &c. Allego.
Alle. Sunt potētes secularibus diuitijs
& honoribus,sunt & spiritalibus. Illi
qui in seculi pertinacia & cōcupiscen-
tia voluuntur,hi scripturę molam rele
gunt,& terunt: voluunt,& reuoluūt.
Hac mola molunt similaginē panis qui
de ęlo descēdit,& polentā intellectuū
in dei sacrificium. Hi seruore spiritalis
iuuentutis,i martyrio vicerūt ligno cru
cis,fidei firmitate cōfirmati,quorū vn⁹ ait: Gal.6.c.
Mihi absit gloriari,nisi in cruce d. &c.
Senes

Nicolaus de Lyra.

✠ Salomonis Idumęi & alij populi circa Iudęam habitātes erāt
tributarij regi Iudę,sed capta ciuitate multi de Iudęis facti sunt D
eis serui: quia in illa captione fuerunt cum Babyloniis, & sic ha-
buerunt partem aliquam de captiuis. a ¶In animabus no
stris. id est in periculo vitę nostrę. b ¶Afferebamus panē
nostrum. id est victum nostrum. Cuius causa subditur: c ¶A
fa.gla. in defer. vbi ponebantur insidię ad nos spoliandum & in
terficiendum. d ¶Pellis nostra quasi cli.&c. id est exicata
& denigrata. e ¶A facie tēpest. fa. ex defectu enim nutrimenti
cutis deficcatur & nigratur. f ¶Mulieres in Sion. f. Chaldei &
alij aduersarij nostri eis abutendo etiam in loco sacro, & multò
fortius in alijs, ideo sequitur: Virgines &c. g ¶Principes ma.
sus. sunt. quia aliqui de principalibus populi, ex quorum cōsilio
rebellauit Sedecias, in detestationem facti fuerunt patibulis per
manus eorum affixi. h ¶Facies se. nō eru. non parcētes eis ra-
tione prouectę ętatis. In Hebręo habetur: Mola onerati sunt fa-
cies senum &c. quod exponens Ra. Sa. dicit, q; cùm ducerentur
captiui in Babylonem, illi qui ducebant eos, cogebāt eos ad por-
tandum molas ad terendum blada & similia, quib⁹ indiget exer-
citus, nec in hoc deferebant alicui propter senectutē. i ¶Adole
scentibus impu. abu. sunt. vitio Sodomitico. k ¶Et pu. in li.
cor. quia aliqui eorum fuerunt suspensi, vt dicūt aliqui. In Heb.
sic habetur: Et pueri in ligno debilitati sunt. qđ exponit Rab. Sa.
de iuuenibus qui poterant aliquod pondus portare, & illis impo
nebant ligna portāda in itinere, sicut viris grauiora, vt dictū est.
✠Senes Moraliter

✠ principes Christiani per guerras eorum adinuicē sunt impe-
diti. a ¶In ani. no. i. in periculo vitę nostrę. b ¶Afferebam⁹
pa. no. i. acquirebamus victū nostrum. Christiani nāq; qui sunt
inter infideles, multas molestias sustinēt ab eis sine causa, ideo sub-
ditur: d ¶Pellis nostra &c. nā propter defectū nutrimēti calor
naturalis propriā substantiā cōsumit. f ¶Mulie. in Si. hu. Ca-
pta nāq; ciuitate Ierusalem per Sarracenos, probabile est q; talia
mala fecerūt ibi. g ¶Prin. ma. sus. sunt. cūe eīm Guido rex Ieru
salem & magister militię templi capti fuerunt viui. & sic eorum
suspēsio fuit in potestate Soldani, licet nō fuerit factū. talis eīm po
testas man⁹ vocat, sicut vulgariter dicit: Talis ciuitas est in ma-
nu regis. i. in ei⁹ potestate. h ¶Fa. se. nō eru. eos tu piter tractā-
do. i ¶Adolescētibus impu. abu. sunt. tale nāq; vitium satis
cōmune est inter Sarracenos, vt dicit episcop⁹ Aconēn. in li. suo
de gestis trāsmarinis. k ¶Et pue. in lig. corruerunt. id est pue
ri in cunabulis ligneis iacentes, quia nulli ętati parcebatur.

a ¶Senes defecerunt de portis. Histo. Veterani & senio confecti in ipsis portis fame cōsumpti sunt, dum tremulis & confectis artubus ad victualia quærenda egredi niterentur. Vel certè ab hostibus dispersi sunt consiliariī & iudices ciuitatis, vt more solito considerent in portis. Iuuenes quoq; perterriti officijs abrenunti

Allegoricè antes fugerunt de plateis. Senes defecerunt de portis. Allegoricè. Senes scilicet, quorum sensus sunt cani, māsueti, & quieti. Sed si deū offendūt, de portis deficiunt. de quibus dicitur: Aperite mihi portas iustitiæ, &c. In his deficiunt, dum scandalis fatigati, iter rectū destituunt.

Isaiç. 26.a. Iuuenes, deficiunt, de choro psal. in eis spirituale cāticum deficit, & à choro sanctorum alieni obliuiscuntur cāticum domini. b ¶Defecit gaudiū cordis nostri. Sextus locus conquestionis. Præter spem enim in miserijs se esse demonstrāt, & cùm expectarent bonum, in summas deuenisse miserias. ¶Defecit gaudiū

Histo. cordis nostri. Histo. quia Iudæi ad iracūdiam deum prouocauerūt, defecit omne gaudium eorum, & chori quos in solennitatibus ducebant, in luctū versi sunt.

Allego. ¶Defecit &c. Allegoricè Vox est pœnitentium, qui cor contritum & humiliatum deo offerunt. Et quia abest spon

Mat. 9.b. sus, omne gaudium in luctum conuertunt. quod Dauid recuperare desiderās ait: Auditui meo dabis gaudium: Redde mihi læti. Quia spiritali contritione com

Psa. 50.b. †medullā Isa. 30.f. punctus contricionis † medelam continuis orabat fletibus. vnde Isaias: In die qua alligauerit dominus vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit in quo .s. vulnº & liuor & plaga tu

2. Reg. 2. d. mens Quoties em̄ anima sagitta peccati

F vulneratur, gaudiū eius dissoluit, cùm ad conscientiam reuertitur. Chorus virtutum in luctum commutatur, quod in Azael rectè figuratur, qui tanquā caprea cursor erat velocissimus. Vnde dum in cautè & precipitantem hostem insequeretur, ictus in inguine perijt. Sic animus qui velocissimos morus suos patientia & grauitate non moderatur, sæpe in fornicationem mentis & corporis precipitatur. Chorus vertitur in luctum, quando in pœnitentibus, virtutum chorus quasi harmonia lugendi deplorat, quod amisit, & intentum seruat pœnitendi, vt post planctus & lachrymas redeat

Histo. chorus idē ad gaudia. c ¶Cecidit &c. Histo. Deiectionē regni

Iere. 13.c. Iudæorum designat, quorum & honor perijt & gloria. vnde suprà: Dic regi & dñatrici: Humiliamini & sedete, quoniam cecidit de capite vestro corona gloriç. Sed in alia interpretatione habetur, descendit. Regnum enim Iudæorum vsque ad Ioacim

Moraliter Psal. 5.c. paulatim descēdit, in Sedecia omnino cecidit. Vndè vox captiuorum luctuosa additur: Vç no. quia p. ¶Cecidit. Moraliter. Corona capitis nostri bona voluntas est, secundum illud: Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Tunc ergo mens nostra corona virtutum decoratur, cùm scuto bonæ voluntatis ornatur, sed cū voluntas mutatur, corona amittitur. vnde sequitur: Vç nobis quia pec. Fruſtra enim cæteris laboramus, si coronam nō habemus voluntatis. Ita enim non solùm per excessum, sed etiam per volūtatis pessimę desiderium delinquimus. ¶Cecidit co. Alle.

Allego. Sacerdotes ecclesię & virgines quasi corona decoris, sed hi sæpe cadunt vitijs tabefacti. Fides quoque dum integritatem amittit, quasi corona de capite cadit. Ipse autem dominus secundum Isa

Isa. 28.b. iam ecclesię corona est. vnde: Erit dominus exerci. co. glo. &c. Hāc coronam ecclesia perdit, dum fides Christi corrumpitur in

Pro. 11.b. Histo. quibusdam membris corona cadēte. Vç imminet peccantibus, quia vbi nō est gubernator, ibi ruit populus. d ¶Propterea &c. Histo. Cor Iudæorum in vtraq; captiuitate mœstum fuisse, &

Allegoricè Iere. 8.f. Gen. 3.c. Psal. 38.a. oculos lachrymis & dolore cōtenebratos omnib⁹ patet. ¶Allego. Vox est pœnitentium. Duplex autem mœstitię & dolorjs species est. vnde Ieremias: Dolor meus super dolorē, &c quia peccatorū dolori dolor additur cōpunctiōis. Est dolor malus. de quo dicitur: In dolore paries filios. Est & bonus, secūdū illud: Dolor meus renouat⁹ est. Itaq; post peccatū mœstitia cor humiliat, vt hui⁹ doloris medicina infirmitas absc̄edat. ¶Contenebrati sunt oculi malitia. .s. peccator iniqui & cęcati, vt Christi lumē videre non possint, qui est mons abscisus de monte sine manibus, & in Gen. 2.c. montem magnū exaltatus. ¶Quia disperiit. Id est cū esset æqualis patri, semetipsum exinaniuit, vt qui non videbat, & qui videbant, cæci fiant. Ideo obtenebratis oculis hunc montē non videbant perfidi, quia disperiit. ¶Vulpes ambulaue. in eo. persecutores. .s. vel hæretici, qui male sentiunt de incarnatiōe domini, ecclesiā laceran

Psal. 62.c. tes, & catholicā fidē fraudulēter corrūpentes. Ideo partes vulpium erūt. Vulpes fuit Herodes psecutor Christi & Iohānis. Vnde: Dicite vulpi illi, Sunt & hæretici vulpes, secundū illud: Capite nobis vulpes, quę demoliuntur vineas. Cant. 2.b.

c ¶In æternū. Idē dicendū: Tu autem domine in æternum permanes. Et alibi: Psal. 101.b. Tu autē idē ipse es, &c. ¶Permanebis. Ibidem. d. Nō est tēporalis māsio nec localis, nec aliud quā ipse, sed ipsa vna & individua & permanēs essentia. Q. quamuis filiº se exinaniuerit, formā serui accipiēs, manet tñ in æternū. f ¶Soliū tuū &c. Sedes tua deus in seculū seculi. Et alibi: Re- Psal. 44.d. gnū tuū regnū cūm seculorū. Dū soliū Ibidem. audis: intellige iudicē, & time. Q. deū timē, & mādata eiº obserua. Et si secūdū Eccles. 12.d. hominē iudicaſ, regnū tñ eiº est in æternū. g ¶Quare in perpetuū. Post omnimodas lamētatiōis species, ad cū solū pōes cōuertit, q solus potest cōsolari. ¶Quare in perpe. Hoc nobis assidue exorandū, ne obliuiscaſ nostri, ne derelinquat nos in ppetuū: quod bñ vocabº oramº, sed meliº rebº exoramº. Simus ergo memores eiº, ne obliuiscaſ nostri: qa nō obliuiscēt misereri deus, nisi nos obliuiscamur. & si obliti fuerimus, ipse gratiā inspirat, obliuionē fugat. vnde: Reminiscent & cōuertent ad dñm vniPsal. 21. uersi fines terrę. b ¶Obliuisc. Cui simile est illud: Vsq; quo dñe oblivisci Psal. 12. finē. Nō q; obliuiscat misereri deus, sed cū differt auxiliari, videt oblitus, vt ſiat accēdat desiderium, & dulciº fit solatiū, & ipse interim rideat de pœnis innocētū. Sicut figulº vasa fusa, pbat, vt vasa in Eccles. 27. Rom. 9. ho. fa. qa vasa fi. for. i ¶Cō. cōuertendo

Nicolaus de Lyra.

✠ a ¶Senes de. de por. Hierusalem & aliarum Iudęę ciuitatū, vbi ante destructionem sedebant senes autenticè ad iudicandū. b ¶Iuuenes de cho. psal. qa partim erāt trucidati & partim captiuati. propter quod subdit: Defe. gau. cor. no. &c. & patet litera. c ¶Cecidit. Hīc consequenter explicat miseriam ex destructione regni, cùm dicitur: Ceci. co. & subditur causa: d ¶Vç no. quia pec. q. d. hoc malum & alia propter peccata nostra incurrimus. e ¶Ideo conte. sunt &c. ex continuo fletu, consequēter explicat miseriam ex destructione templi, cū dicitur: f. ¶Propter mon. Sion. id est propter templum in monte Sion ędificatum. g ¶Vulpes am. in eo. id est in ruinis templi, quia solent habitare in locis desertis. h ¶Tu autem d. &c. q. d. licet templum sit destructū, quòd dicebatur sedes tua, eò q; ibi erat propitiatorium, tamen remanet firmum solium tuum in cęlo, vbi principaliter relucet tuum dominiū: & ideo conuertit se Ieremias ad implorādū dei misericordiā di. i ¶Qua. in per. &c. q. d. non decet tuā clemētiā. iò subdit: k ¶Co. &c. qa debita cōuersio liberi arbitrij ad deū, pſupponit instinctū diuinū, q dicit gra præueniens.

✠ Innouz Moraliter

✠ a ¶Senes dese. de por. vbi prius sedebant ad iudicandum, nā ad Sarracenos translata est potestas iudicandi. b ¶Iuuenes de choro psal. qa subtracta est omnis materia gaudij. c ¶Cecidit corona capi. nostri. Non enim est hodie rex Ierosolymitanus nisi solo nomine. Cętera patent vsque ibi: g ¶Vulpes am. in eo. id est Sarraceni ad modū vulpium dolosi. h ¶Tu autem domine in ęternum per ma. &c. ideo potes adhibere remedium pro voluntate tua. i ¶Quare in perpetuum obli. nostri, id est per tam longum temporis spatium. Et quoniam defectus nō est ex parte tua, sed nostra, ideo subdit: k ¶Conuerte nos domine ad te &c. innoua dies nostros sicut à principio. id est quando terra sancta erat liberè in manibº corū fidelium.

✠ Sed proȝicis

quia cõuersio reparationis initiũ est dierũ æternitatis: innouatio æternitatis perceptio. Conuerte nos d. Auersiones nostrę multę sunt. Vnde alibi: Cõuerte nos deus salutaris noster: conuerte per gratiã, & conuertemur quantũ est in nobis arbitrio libertatis. vn de: Gratia dei sum id quod sum, & gratia ei⁹ in me vacua nõ fuit. Gratia enim vocãtis pręcedit, & excitat libertatẽ voluntatis. Nostrum est quòd decidimus: dei, quòd resurgimus. Homines em̃ ea ro sunt, spũs vadẽs & nõ reuertẽs. Non est enim volẽtis neq; currentis, sed miserẽtis dei. Notandũ tñ, quòd gratia dei non conuertimur, nisi & nostra voluntate conuertamur. Est autem quoddam velamẽ nostrę infirmitatis sensib⁹ nostris obiectũ, qđ nisi illuminatione dei fuerit remotum, conuerti non valemus: libertas ergo per gratiam redditur. Semper ergo nobis orandum est: Conuerte nos domine, & conuertar ad te. b ¶ Iratus es. Prima repulsio est, qua tẽtatori tradimur. Secunda cũ tentati succumbimus ad tentandum sine ira dei repellimur. de qua dicitur: Non repulit deus plebẽ suam quã pręscivit. Qñ autẽ vincimur sed postea non pœnitemus, irascitur de us vehementer. vnde: Quis novit ptãtẽ iręturæ, &c. Aliquando enim irascit, vt pater, quando verbis increpat delinq̃ntem, & facit pœnitentem. Irascitur autẽ vt dominus, quando corripit vt durus & statim vlciscitur. vñ Moyses: Ne irascatur furor tuus contra populum tuũ. Vt iudex irascetur, cũ dicet: Ite maledicti, &c. cùm iam nec pœnitẽtiæ nec venię locus erit. ¶ Gilbertus. Sufficiant hæc ad expositionẽ lamentationum Ieremię q̃ de patrũ fontib⁹ hausi ego Gilbertus Antiñodorẽsis ecclesię diacon⁹.

Nicolaus de Lyra.

a ¶ Innoua dies nostros si. a prima in mirabilibus tuis introduxisti nos in terram promissionis. b ¶ Sed proiiciens repulisti nos. in captiuitatem eñ ciendo. c ¶ Iratus es contra nos. puniendo vltra id quod possumus sustinere. dicet hęc pœna non excedat ordinem iustitię, q. d. respice nos oculo pietatis & misericordię, quia tibi proprium est misereri & parcere, qui vivis & regnas de⁹ in secula seculorum, amen.

Mirabiliter

b ¶ Sed proi. repulisti nos. & maximè à tẽpore Saladini, &c.

¶ In cap. v. vbi dicitur in posilla: Recordare.

Diuisio operis Ieremię.

ADDI. Vltimò sequitur orõ Ieremię, pphetæ, p ppło trãsmigrato exeũtis. & diuidit i octo ptes principales. in prima nãq; ad modũ bñ orãtis, & deuotè inuocat ad se, & excitat diuinam miserationem & pietatem, dicẽs: Recordare dñe qd acciderit nobis. Secũdò verò narrat & refert suam vtilitatẽ & infelicitatẽ & afflictionẽ. & q̃tũ ad amissionẽ possessionũ, dicẽs: Hęreditas nr̃a ꝑ⁹fa est ad extraneos, & quò ad amissionẽ amicorũ subdẽs: Pupilli facti sum⁹ absq; pr̃e. & quò ad amissiõem cibariorũ addens: Aquã nostrã pecũia bibim⁹. & quò ad amissionẽ libertatis subdẽs: Ceruicib⁹ nr̃is minabamur. & q̃ ad parẽtes subdẽs: Patres nr̃i peccauerũt, & non sunt. & quò ad amissionẽ ptãtis & autoritatis subdẽs: Serui dñati sũt nr̃i. & quò ad amissionẽ pacis & securitatis addẽs: In manibus nostris. & quò ad amissionẽ pulchritudinis & sanitatis concludens: Pellis nostra q̃si cliban⁹ exusta est. Tertiò ꝑò recitat aduersariorũ multiplicẽ iniq̃tatẽ & abusionẽ, q̃ abusi sunt i captiuatis, vt ex hoc de⁹ magis ad misericordiã ꝓuocaret, & hoc facit ibi: Mulieres in Sion humiliauerũt & virgines i ciuitatib⁹ Iuda. Deinde verò malitiam & crudelitatem subdens: Principes manu suspensi sunt, facies senum non erubuerunt. deinde verò ipsorũ negtiam & fœditatem, subdens: Adolescentulis i puerę abusi sũt. Quartò ꝑò ꝓpheta deplorat pristinã dignitatẽ & pristinã cõsolationẽ, qa & defecit sapia & scia, & lętitia & excellẽtia q̃ cõsueuerant quę consueuerãt esse in Ierusalẽ. Quantũ ad sapientiã dicit: Senes defecerũt de portis. quantùm ad lętitiã subdit: Iuuenes de choro psallentiũ. quantũ ad excellentiã cõcludit: Cecidit corona capitis nostri. Quintò verò ꝓpheta explicat suã iniquitatẽ & confitetur iustã punitionẽ, ibi: Vę nobis, qa peccauimus. propterea mœstũ factũ est cor nostrũ. Sextò verò laudat & prędicat diuinã durationẽ, ibi: Tu autẽ dñe in ęternũ permanebis. Septimò verò implorat dei benignitatem, & petit sui reditus & suę conuersionis acceleratiõnem. redit⁹ quidẽ vel de Babylonica captiuitate in Ierusalem, vel potius & melius de incredulitate ad Iesu Christi fidẽ: & hoc facit ibi: Quare in perpetuũ obliuiscẽris nostri. Sequit: Conuerte nos domine ad te, & cõuertemur. Octauò & vltimò intuẽt & cernit diuinã seueritatẽ, & per cõsequens aliqualem dilationẽ exauditionis de hoc quod petit ita celeriter impleri, cõcludẽs: Sed proñciẽs repulisti nos, irat⁹ es cõtra nos vehemẽter: & in hoc Threni Ieremię finiunt.

Vulgata editio de qua fit mentio in prologo sup. Baruch, exponit in prologo sup. Ezechielẽ. Cętera plana sũt.

Incipit præfatio in librum Baruch prophetæ.

LIber iste qui Baruch nomine prænotatur, in Hebræo canone non habetur: sed tantùm in uulgata editione, similiter & epistola Ieremiæ. Propter notitiam autem legentium hîc scripta sunt, quia multa de Christo nouissi misq; temporibus indicant.

Incipit Baruch propheta.

Caput I.

HÆc uerba libri quæ scripsit Baruch filius Nerię, filñ Maasię, filñ Sedecię, filñ Sedei, filñ Helciæ in Babylonia, in anno quinto & in septimo die mensis, in tẽpore quo ceperunt Chaldæi Ierusalem, & succenderunt eam igni. Et legit Baruch uerba libri huius ad auditum

D

Diuisio libri

Nicolaus de Lyra.

HÆc verba libri. Post librũ Tobię secũdũ ordinẽ tpis sequitur liber Baruch immediatè. nã histo ria Tobię cõtigit tẽporibus Ezechię regis Iuda, vt ostensum est suprà in principio libri Tobię. Baruch autẽ fuit notari⁹ Ieremię à tpe Ioacim filñ Iosię, vt habetur Iere. xxxvj. & destructa Ierusalẽ per Chaldęos cũ Ieremia descẽdit in Aegyptum post interfectionẽ Godoliæ, Iere. xliij. & postea scripsit librũ istũ quãtũ ad illã partẽ, cui⁹ fuit autor. quãtũ aũt ad epistolã Ieremię (q̃ ponit in hoc libro, cui⁹ tñ nõ fuit autor sed tm̃ scriptor) scripserat ante destructionẽ ciuitatis, vt videbit infrà dño cõcedẽte. Igit liber iste in duas diuidit ptes. In librũ Baruch scribẽs, & in epistolã Ieremię q̃ incipit ca. vj. Prima diuidit in tres ptes: qa primò circa librũ Baruch ponit descriptiõis act⁹. Sed ò legẽdi modus, ibi: Et legit Baruch. Tertiò libri processus ibi: Et dicetis. Circa primùm primò ponitur scriptoris genus, cùm dicitur: Et hæc verba libri que scripserat Baruch filius Neriæ &c. & secundum regulã Hebrçorũ pater Baruch & au⁹, & cęteri q̃ ponunt hîc habuerũt spm̃ prophetię sicut & ipse. Dicũt em̃ q̃ in principio alicui⁹ prophetę ponit nomẽ prîs ei⁹ & aui & sic cẽdẽdo, ꝓ hoc daꝫ intelligi q̃ spm̃ ꝓphetię habuerũt. Sciẽdũ etiã, q̃ dictio copulatiua cùm dicit: Et hæc verba libri. Copulat ad verba Ieremię, q̃ Baruch scripserat añ. Sed ò ponit descriptiõis loc⁹, cũ dicit: c ¶ In Ba. Sed hoc videt alicui falsum, qa Iere. xliij. dicit, q̃ cũ Ieremia & alij⁹ Iudęis qui remãserãt in Iudęa, descẽdit in Aegyptũ, & nõ fuit in Babylonia cũ alij⁹ captiuatis. Dicẽdũ, q̃ mortuo Ieremia in Aegypto, Baruch fuit in Babylonia ad captiuorũ cõsolationẽ, & maxiè qa Ieremias ꝓphetauerat Aegyptũ citò destruẽdã ꝑ Nabuchodonosor regem Babylonis, Iere. xliij. Tertiò ponitur descriptionis tẽp⁹ cùm dicitur: f ¶ In anno qui in. f. à destructione Ierusalem per Chaldęos. sic enim numerabãt Iudęi à tẽpore captiuitatis Babylonicę, sicut modo computant à tempore captiuitatis suę per Romanos, incipiendo à destructiõe Ierusalem facta p Titũ & Vespasianum. g ¶ Et in septimo die mensis. Nõ dicitur hîc qs mẽsis fuerit, & ideo videtur, q̃ fuerit primus mensis. h ¶ In tempore quo Chaldæi ceperũt Ierusalem. id est à tempore illo vñ incipiebat Iudęorũ numeratio, vt dictũ est. i ¶ Et legit. Hîc cõsequẽter ponit circa librũ istũ legẽdi modus. & primò in Babylonia. secũdò in Ierosolyma, ibi; & collegerũt. Circa primũ dicitur:

Et legit

¶ Et legit Baruch verba libri huius E ad aures Iechoniæ &c. Sed contra hoc videtur, quòd Iechonias iste erat in carcere regis Babylonis. Dicendum quòd non erat in carcere clausus saltē continuè, eò quòd esset nobilis & rex Iuda, vel si erat clausus, non tamen taliter, quin Baruch posset ad eum accedere, talis enim accessus frequenter conceditur detentis in carcere. a ¶ Et ad aures vniuersi populi venientis ad librum. scilicet Iudaici in Babylonē ducti. b ¶ Et ad aures potentium filiorū re. qa ducti fuerant ibi aliqui de semine regio, vt habetē Daniel. & fuerunt in magna potestate, sicut patet ex eodem libro de Daniele & sociis eius. Cætera patent vsq; ibi: c ¶ Ad flumen Sodi. id est iuxta flumē sic vocatum, sicut dicitur Ieremiæ. xlvj. c. Ad flumē Euphraten

† in conspectu domini victi sunt, id est iuxta flumen Euphraten. d ¶ Qui audientes plorabant. vt pœnitētes de peccatis, pro quibus captiuati erant. e ¶ Et ieiunabant & orabant in conspectu domini. affligendo corpus, & spiritum offerendo, vt sic eorū afflictionē deus respiceret, & captiuitatem relaxaret. f ¶ Et collegerunt. Hīc consequenter describitur lectio libri huius in Ierusalem. Nam Iudæi habitantes in Babylone fecerunt librū Baruch transcribi, & miserunt in Ierusalem, vt legeretur ibi: & cum hoc miserunt pecuniam, vt inde emerentur necessaria pro sacrificijs & oblationibus ibidem fiēdis. & hoc est quod dicitur: ¶ Et collegerūt pecuniam. Et patet litera vsque ibi: g ¶ Cum acciperent. Sciendum tamen, quòd hoc uidetur alicui falsum quod hīc dictum est: quia omnes Iudæi qui erant in Iudæa interfecto Godo-

F lia, descenderunt in Aegyptum, vt dictum est suprà. & ideo non videtur, quòd tunc in Ierusalē fuerit populus Iudaicus, nec sacerdotes sacrificia offerentes, & maximè quia j. Esdræ. iij. dicitur, quòd Zorobabel & illi qui redierūt de captiuitate Babylonica erexerunt altare super bases suas, & obtulerunt super illud holocaustum domino, quod fuit per longum tempus post ista: propter quod videtur, quòd à destructione ciuitatis & tēpli per Chaldæos vsq; ad reditum captiuitatis Babylonicæ non fuit in Ierusalem altare holocausti erectum, nec sacerdotes offerentes sacrificia: propter quæ & consimilia liber iste apud Hebræos apocryphus reputatur. Potest tamen dici, quòd licet interfecto Godolia, quem rex Babylonis præfecerat terræ Iuda, totus populus Iudaicus qui remanserat in Iudæa, fugerit in Aegyptum timens, quòd rex Babylonis mitteret contra eum exercitum ad vindicandum mortem Godoliæ, videns tñ postea quòd non mitteret, & audiens Ieremiam prophetantem, q; rex Babylonis Aegyptum inuaderet, pro magna parte rediit in Ierusalem propter loci sanctitatem: & inter redeuntes fuerunt alii qui sacerdotes, quorum principalis fuit Ioacim hīc nominatus, non tamen fuit filius summi sacerdotis: quia Iosedech summus sacerdos cum Sedecia rege fuit ductus in Babylonem: cui in summo sacerdotio succedit Iesus filius ei⁹ in reditu captiuitatis Babylonicæ, vt patet. j. Esdræ. iij. & Zach. Ioacim autē fuit filius iſtius Iesu secūdū historiographos postea fuit summus sacerdos, & non iste Ioacim, de quo fit hīc mentio. vnde dicitur hīc ad Ioacim filium Helchiæ, ad distinctionem alterius. Ad illud autem quòd dicitur de erectione altaris post reditum captiuitatis Babylonicæ, dicendum quòd scriptura loquitur ibi de solenni erectione post reditum captiuitatis

res Iechonię filij Ioacim regis
a Iuda, & ad aures uniuersi po-
b puli uenientis ad librum, &
ad aures potentium filiorum
regum, & ad aures presbyte-
rorum, & ad aures populi à
minimo usq; ad maximū eo-
rum, omnium habitātium in
c Babylonia ad flumen Sodi.
d Qui audientes plorabant &
e ieiunabant, & orabant in con-
f spectu domini. Et collegerunt
pecuniam † secundum quod
potuit uniuscuiusq; manus.
Et miserunt in Ierusalem ad
Ioacim filium Helchię filij Sa-
lom sacerdotē, & ad reliquos
sacerdotes, & ad omnē popu-
lum qui inuēti sunt cum eo in
g Ierusalem, cùm acciperent
h uasa templi domini, quę abla-
i ta fuerant de tēplo, reuocare
k in terrā Iuda: decima die men-
l sis Siban, uasa argentea quæ
fecit Sedecias filius Iosiæ rex
Iuda posteaquā cepisset Na-
buchodonosor rex Babylonis
Iechoniā, & principes, & cun-
ctos potentes, & populum ter-
ræ ab Ierusalem: & duxit eos
uinctos in Babylonē. Et dixe-
runt: Ecce misimus ad uos pe-
cunias, de quibus emitte holo-
caustomata & thus, & facite
manna: & offerte pro peccato
ad aram domini dei nostri. Et
m orate pro uita Nabuchodono-
sor regis Babylonis, & pro ui-
ta Balthasar filij eius, ut sint di-
es ipsorū sicut dies cæli super
terram, & ut det dominus uir-
n tutem nobis, & illuminet ocu-
o los nostros, ut uiuamus sub
p umbra Nabuchodonosor re-
gis Babylonis, & sub umbra
Balthasar filij eius, & seruia-
q mus eis multis diebus, & in-
r ueniamus gratiam in conspe-
ctu eorum. Et pro nobis ipsis
s orate ad dominum deum no-
strum, quia peccauimus do-
mino deo nostro, & non est
auersus furor eius à nobis
usque in hunc diem. Et legi-
te librum istum, quem misi-
t mus ad uos recitari in tem-
plo domini in die solenni, &
u in die opportuno. Et dicetis
x

tis prædicto modo redeuntes erexerant altare paruū ad sacrificandum domino pro- G
ut poterant bono modo, sicut patriarchę & prophetæ frequenter leguntur altaria erexisse ad sacrificandum domino. ¶ Cum acciperent vasa. Hīc est constructio suspensiua & intricata sententia: pro cuius intellectu sciendum, quòd cum Iechonia rege Iuda in Babylonem ducto fuerunt vasa templi domini aurea trāsportata: pro quibus rex Sedecias in regno Iudæ succedens, fecit vasa argentea: quia non poterat facere aurea. Fecerat Roboam filius Salomonis pro scutis aureis quæ abstulit Sesach rex Aegypti, fecit scuta ærea. iij. Regum. xiiij. & illa vasa argentea captiuato Sedecia fuerunt in Babylonem portata: quæ saltem pro parte redierunt Iudæi in Babylonem ducti, & miserunt in Ierusalem pro cultu dei cū pecunia pro sacrificijs collecta, vt dictum est, & hoc est quod dicitur: ¶ Cum acciperet scilicet dictus Ioacim sacerdos. h ¶ Vasa templi dñi quæ ablata fuerunt de templo. Sedecia rege capto. i ¶ Reuocare in terra Iuda. id est vt remitterentur in Ierusalem, quę est metropolis in terra Iuda. k ¶ Decima die mensis Siban. qui correspōdet partim Maio & partim Iunio apud nos. consequenter ostendit quæ fuerint illa vasa, cùm dicit: l ¶ Vasa argentea quæ fecit Sedecias Et patet ex dictis litera vsq; ibi: m ¶ Et orate pro vita Nabuchodono. Ex eius ēm pacifico statu dependebat pax terræ Babylonicę, & per consequens pax Iudæorum: propter quod petebant orari pro vita regis & filij eius secundum monitionem Ieremiæ xxix. b. Orate pro ciuitate ad quam transmigrati estis, quia in pace illius erit pax, vestra. n ¶ Vt det dominus virtutem nobis. Primò petierunt orari pro bono statu regni, quod est magis commune, posita pro bono suo quod erat magis speciale. o ¶ Et illuminet oculos nostros. in veritatis cognitiōe. p ¶ Vt viuam⁹ ex quo de⁹ ordinauit nos in eius seruitutem re digere. q ¶ Et seruiamus eis. scilicet humiliter obtemperantes voluntati diuinæ. r ¶ Et inueniamus gratiam in conspectu eorum. vt non cogant nos idololatrare, sed permittant nos deo pacificè deseruire. s ¶ Et pro nobis ipsis orate ad dominum deum nostrum. id est orate, vt dimittat nobis peccata nostra. Consequenter subditur de lectione libri Baruch, cùm dicitur: Et legite librum istum, quem misimus ad vos. t ¶ Recitari in templo domini. Licet enim templum esset combustum, remanserat tamen platea atrij, in qua conueniebant Iudæi ad orandum & audiendum verbum dei. v ¶ In die solenni. id est in diebus solennibus, in quibus magis conuenichat populus. x ¶ Et dicetis. Postquam descriptus est circa librū Baruch legendi modus, hīc consequenter describitur libri processus, in quo primò ponitur humilis deprecatio. secundò vtilis informatio. iij. capitibus: Audi Israel. vbi incipit tertium cap. secundum significationē Hiero. Prima in tres. sicut dicitur Eccle. xxxv. cap. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & ideo primò ponitur orantis humiliatio, secundò humiliantis se deprecatio, ibi: Et nunc domine deus. tertiò deprecantis conclusio, ibi: Et nunc domine omnipotens. Circa primum ponitur orantis humiliatio in duobus: primò confitendo propriam culpam. secundò confitendo pœnam iustè illatam in principio secundi capit. Circa primum dicitur: ¶ Et

¶ dicetis

dicetis, verba Baruch recitando.
A a ¶Domino deo nostro iustitia. Est enim iustitiæ regula. b ¶Nobis autem confusio faciei nostrę. in peccatorum nostrorum cōfessione. c ¶Sicut est dies hęc. hoc supple manifestat in inflictione pœnę. d ¶Omni Iuda. id est omni Iudæo de regno Iudæ. Regnum autem Israel captiuatum fuerat p longum tempus antè. e ¶Et habitā-
†obaudiui mus tibus in Ierusalem. maximè, nam illam obsederunt Chaldæi & combusserunt, populum partim occidentes, & partim captiuātes. f ¶Regibus nostris. tres enim reges successiuè fuerant cōfusibiliter tractati. Nam Ioacim filius Iosiæ fuit interfectus, & extra portas Ierusalem proiectus: sicut prędixerat Ieremias xxij. Sepultura asini sepelief, &c. Iechonias filius eius in Babylonem ductus & incarceratus, & Sedecias succudens exoculatus, & in Babylonem ductus, & ibidem ignominiosè mortuus, sicut dictum fuit Abacuk. j. g ¶Et principibus nostris & sacerdotibus nostris. qui fuerunt partim occisi & partim capti. h ¶Et prophetis nostris &c. scilicet falsis, asserentibus Ierusalem à Chaldæis, non esse capiendam. Potest hoc etiam exponi de prophetis veris, qui populi sui cōfusionem suam reputabāt.
i ¶Peccauimus ante dominū. Licet autem Baruch esset iustus & bonus, tamen connumerat se peccatoribus, eò quòd erat de eodem
B populo. k ¶Et non credidimus prophetis ipsius. l ¶Diffidentes in eum. id est de protectione eius. m ¶Et non fuimus subiectibi. humiliter ei obediendo. n ¶Et non audiui. verba eius respuendo. o ¶Ut ambularemus in mā. Ad hoc enim data fuit lex in deserto. Exo. xx. p ¶Eramus incredibiles. ad do. Moysen & alios seruos eius exasperādo.
q ¶Et dissipati recessimus &c. Homines enim mali sunt in seipsis dissipati, quia ratio trahit ad bonū, & sensualitas & consuetudo peccandi ad oppositum: secūdū quod deducit Philosophus. viij. ethico.
r ¶Et adhęserunt nobis multa mala. culpæ & pœnę. s ¶Et maledictiones quæ constituit domi. Moysi. Deu. xxvij. & xviij. t ¶Qui eduxit pat. no. de terra Aegypti. Exo. xiij. v ¶Dare nobis terram fluentem lac & mel. id est ad dandum nobis terram bonam & fertilem. x ¶Sicut hodierna die. supple apparet super nos maledictio dei, q tecti sumus inde. y ¶Et non audiuimus vocem domini dei nostri. Replicatio est eius quod suprà dictum est, sicut in orationibus solet idem pluries replicari ad maiorem affectus expressionem: & idem fit etiā in sequētibus. z ¶Operari diis alienis. id est sacrificare eis. a ¶Faciētes mala ante oculos domini dei no. quibus omnia nuda sunt & aperta, Heb. iij. d Vel dicit: b ¶Ante oculos domini.
†Dm.d. quia tempore Manasse regis Iuda in templo domini fuerūt idola posita, quibus idololatræ sacrificabant

a Domino deo nostro iustitia, nobis autem
b confusio faciei nostræ, sicut est dies hæc, o-
c mni Iuda & habitantibus Ierusalem, regi-
d bus nostris, & principibus nostris, & sacer-
e dotibus nostris, & prophetis nostris, & pa-
f tribus nostris. Peccauimus ante dominum
g deum nostrū, & non credidimus diffiden-
h tes in eum, & non fuimus subiectibiles il-
i li, & non audiuimus uocē domini dei no-
k stri, ut ambularemus in mandatis eius quę
l dedit nobis. A die qua eduxit patres no-
m stros de terra Aegypti usque ad diem hanc
n eramus incredibiles ad dominum deum
o nostrum: & dissipati recessimus, ne audi-
p remus uocem ipsius. Et adhæserunt no-
q bis multa mala & maledictiones, quæ con-
r stituit dominus Moysi seruo suo: qui ædu-
s xit patres nostros de terra Aegypti, dare
t nobis terram fluentem lac & mel, sicut ho-
u dierna die. Et non audiuimus uocem do-
x mini dei nostri, secundum omnia uerba
y prophetarum, quos misit ad nos & ad iu-
z dices nostros, & abiuimus unusquisque in
a sensum cordis nostri maligni, operari diis
b alienis, facientes mala ante oculos domini
c dei nostri. Caput II.

d Propter quod statuit domi-
e nus deus noster uerbum
f suum, quod locutus est ad
g nos, & ad iudices nostros,
h qui iudicauerunt in †Ieru-
i salē & ad reges nostros, & ad principes no-
k stros, & ad omnem Israël & Iudā: ut addu-
l ceret dominus super nos mala magna, quę
m non sunt facta sub cælo, quemadmodum
n facta sunt in Ierusalem, secundum ea quæ
o scripta sunt in lege Moysi, ut manducaret
p homo carnes filij sui, & carnes filiæ suæ. Et
q dedit eos sub manu regum omnium, qui
r sunt in circumitu nostro, in improperium
s & in desolationem, & in omnibus populis
t in quibus nos dispersit dominus. Et facti
u sumus subtus, & non suprà: quia peccaui-
x mus domino deo nostro, non obaudien-
y do uoci ipsius. †Domino deo nostro iusti-
z tia, nobis autem & patribus nostris confu-
a sio faciei, sicut est dies hęc. Quia loquutus
b est dominus super nos omnia mala hæc
c quæ uenerunt super nos, & non fumus de-
d precati faciem domini dei nostri, ut reuer-
e teremur unusquisq; nostrum à uiis nostris
f pessimis. Et uigilauit dominus in malis, &
g adduxit ea super nos, quia iustus est dñs in
h omnibus operibus suis, quæ mandauit no-
i bis: & non audiuimus uocem ipsius, ut ire-
k mus in præceptis domini, quę dedit ante fa-
l ciem nostram. †Et nunc domine deus Isra-

CAP. II C

Propter quod statuit dominus. Hîc cōsequēter ponitur orantis humiliatio, confitendo pœnam illatam esse iustam, cùm dicitur: c ¶Propter quod statuit dominus. id est firmiter disposuit, d ¶Verbum suum. de iusta punitione peccatorum. e ¶Quod locutus est. per Moysen & alios prophetas. f ¶Ad nos & ad iudices nostros. &c. ita quòd nullus excusare se potest de ignorantia. g ¶Vt adduceret dominus super nos. iustè: h ¶Mala magna quæ non sunt facta sub cælo. in alia gente. Quantò enim peccatum est grauius, tantò etiā grauior debet esse pœna. Populus autem Israel propter legem à deo sibi datam & alia beneficia fuit in altiori statu, quàm cæteri populi, sicut dicitur Psal. cxlvij. b. Non fecit taliter omni nationi, &c. propter quod ejus peccatū fuit grauius: quia quantò status altior, tantò casus grauior: ideo fuit maiori pœna dignum. i ¶Vt manducaret homo carnes filii sui. licet hoc nō legatur esse factum. iij. Reg. &. ij. Parali. in obsidione Ierusalem per Chaldæos, tamē credēdum est hoc fuisse factum, vt dicit hîc propheta Baruch. quia non omnia sunt in illis libris scripta, & maximè qa idè legitur factum. iij. Reg. vj. in obsidione Samariæ, & in obsidione Ierusalem per Romanos, secundum quod refert Iosephus & alij historiographi. k ¶Et dedit eos sub manu regum omnium &c. sicut D patet ij. Regum & Iudicum in pluribus locis. l ¶In improperium †Israel & in desolationem. nam multa inferebantur cōuitia & grauia Iudęis, inter Gētiles tempore captiuitatis m ¶Domino deo nostro iustitia. Exponatur vt suprà: quia repetitio est eiusdem ad maiorem affectus expressionem. n ¶Et non fumus deprecati fa. do. Frequēter enim legitur in prædictis libris, q Iudæi pro peccatis suis à deo percussi per pœnam non reuerteban tur ad deū per pœnitētiam. o ¶Et vigilauit dominus in ma. scilicet pœnæ iustè super nos adducendis. p ¶Quæ dedit ante faciem nostram. i. clarè & manifestè, ita quòd non possumus nos excusare p ignorantiam. q ¶Et nunc domine. Postquam posita est orantis humiliatio, hîc consequēter ponitur humiliātis se deprecatio. Et diuiditur Diuisio in tres partes, quia primò in oratione allegatur dei magnificētia. Secūdò orantis populi pœnitentia, ibi: Respice domine. Tertiò diuini cultus ignominia, ibi: Et posuisti templū. Circa primū sciendū q sicut dicit. iij. ethico. Magnificus inclinat ad dādū, q petit, qñ bñficia prius p̄stita q eū allegant. & ideo hîc allegantur beneficia à deo p̄stita populo Israel in exitu de Aegypto, cū dicitur: Et nunc domine deus Israel. licet enim esset deus omnium per creationem, dicebatur tamen deus Israel per cultum specialem.

Qui

ël, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu ualida,& in signis,& in prodigiis,& in uirtute tua magna,& in brachio excelso,& fecisti tibi nomen sicut est dies iste: peccauimus,impiè egimus, iniquè gessimus domine deus noster in omnibus iustitiis tuis. Auertatur ira tua à nobis: quia derelicti sumus pauci inter gentes,ubi dispersisti nos. Exaudi domine preces nostras,& orationes nostras: & educ nos propter te,& da nobis inuenire gratiam ante faciem eorum,qui nos abduxerunt,ut sciat omnis terra,quia tu es dominus deus noster,& quia nomen tuum inuocatum est super Israël,& super genus ipsius.†Respice domine de domo sancta tua in nos,& inclina aurem tuam & exaudi nos. Aperi oculos tuos & uide: quia†non mortui q̃ sunt in inferno,quorum spiritus acceptus est à uisceribus suis,dabunt honorem & iustificationem domino:sed anima quæ tristis est,super magnitudinem mali,& incedit curua & †infirma,& oculi deficientes,& anima esuriens dat tibi gloriam,& iustitiam domino: quia non secundum iustitias patrum nostrorum nos fundimus preces,& petimus misericordiam ante conspectum tuum domine deus noster. Sed quia misisti iram tuam & furorem tuum super nos, sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum,dicens:Sic dicit dominus: Inclinate humerum uestrum,& ceruicem uestram,& opera facite regi Babylonis,& sedebitis in terra quam dedi patribus uestris. Quòd si non feceritis nec audieritis uocem domini dei uestri operari regi Babyloniæ,defectionem uestram faciam de ciuitatibus Iuda,& à foris Ierusalem: & auferam à uobis uocem iucunditatis,& uocem gaudij,& uocem sponsi,& uocem sponsæ:& erit omnis terra sine uestigio ab inhabitantibus eam. Et non audierunt uocem tuam,ut operarentur regi Babylonis: & statuisti uerba tua quæ locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum,ut transferrentur ossa regum nostrorum,& ossa patrum nostrorum de loco suo. Et ecce sunt proiecta in calore solis,& in gelu noctis,& mortui sunt in doloribus pessimis, in fame & in gladio & in emissione. Et posuisti templum in quo inuocatum est nomen tuum in ipso,sicut hæc dies,propter iniquitatem domus Israël & domus Iuda. Et fecisti in nobis domine deus noster secundum omnem †bonitatem tuam,& secundum omnem miserationem tuam illam magnam: sicut locutus es in manu pueri tui Moysi,in die qua præcepisti ei scribere legem tuam coram filiis Israël,dicens:Si non audieritis uocem meam,multitudo hæc magna conuertetur in minimam gentem,quoniam ego eos dispergam: quia scio,quòd me non audiet populus. Populus est enim dura ceruice. Et conuertetur ad cor suum in terra captiuitatis suæ,& scient quia ego sum dominus deus eorum. Et dabo eis cor,& intelligent:& aures,& audient. Et laudabunt me in terra captiuitatis suæ,& memores erunt nomi-

a ¶Qui eduxisti po.tuũ de terra Aegypti. de qua p se non poterat egredi.b ¶In manu ualida.i.in potestate magna. c ¶Et in signis.quantũ ad minora miracula.d ¶Et in prodigijs.quãtùm ad maiora.vnde dicitur prodigium, quasi procul à digito, cuiusmodi est miraculum rarò visum. e ¶Et in virtute tua magna.sicut patet in diuisione rubri maris, & in multis alijs populo Israel exhibitis. f ¶Et fecisti tibi nomen.per hoc enim diuulgatum fuit nomẽ domini per orbem.g ¶Sicut est dies iste.i.sicut prẽsens tẽpus manifestat, per scripturas canonicas de istis memoriam facientes. h ¶Peccauimus.in nosmetipsos. i ¶Impie egimus.erga deũ.k ¶Inique gessimus.erga proximũ. l ¶Auertatur ira tua à nobis.i.pœna nobis à te inflicta. m ¶Quia derelicti sumus pauci.Nam multi de Iudæis fuerant gladio & fame mortui. n ¶Exaudi domine preces nostras.factas verbaliter. o ¶Et orationes nostras.factas mentaliter. nam secundũ Damascenum,oratio est ascẽsus mentis in deum. p ¶Et educ nos. de captiuitate Babylonis. q ¶Propter te. id est ex tua bonitate.& non ex meritis nostris.r ¶Et da nobis inuenire gratiam.i.vt sciant Gentiles,quia tu es dominus deus noster,per hocquòd inueniemus gratiam principum in terra aliena.s ¶Respice domine.Hîc consequẽter ponitur populi deprecantis pœnitentia, ex qua mouetur deus ad exaudiendum orationem deprecantium, cùm dicitur: Respice domine de domo sancta tua.id est de cœlo,quod dicitur eius domus, quia licet sit vbiq; per potentiam,essentiam, & præsentiã: tamen ibi specialiter relucet eius maiestas & gloria.t ¶Quia non mortui qui sunt in inferno.id est,reconditi in sepulchro:vel in inferno,quantùm ad animas, quæ tunc omnes ibi descendebant,dabunt honorem & iustitiam domino: quia sunt extra statum merendi. v ¶Sed anima quæ tristis est,per cõtritionẽ veram. x ¶Super magnitudinem mali:& ince.curua. per verã humiliationem. y ¶Infirma.p propriæ fragilitatis cõsiderationem.z ¶Et oculi deficientes.proprios defectus & nõ alienos attendentes.a ¶Et anima esuriens .i. iustificari desiderans. Math.v.a. Beati qui esuriunt,& sitiunt iustitiam.b ¶Dat tibi gloriam, Psal.l.d. Sacrificium deo spiritus contribulatus.c ¶Quia non secundum iustitias patrum nostrorum. quia non fuerunt peccatores sicut & nos.d ¶Nos fundimus &c. misericordiam. id est preces misericordiam postulantes. e ¶Sed quia misisti iram tuam. id est punitionem iustam.Non enim ira & alię passiones sunt in deo, sed quando punit ad modum irati se habet.f ¶Sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum.i.per prophetas tuos. Per manum enim signatur hîc lingua, eò quòd manus est organum organorum,vt dicitur.iij.de Anima. g ¶Inclinate humerum vestrum &c. Hoc enim frequenter dixit Ieremias, scilicet q̃ ciuitas destrueretur,& populus captiuaretur, nisi se subiiceret regi Babylonis,& similiter alij prophetæ.Cætera patent vsq; ibi:h ¶Vt transferrentur ossa regum nostro, Iudæi nanq; sepeliebant potentes cũ sumptibus magnis, ponentes pretiosa in eorum sepulchris: & ideo Chaldæi qui erant cupidi capta ciuitate Ierusalem,fodiebant talia sepulchra,pretiosa rapientes, & ossa mortuorum ejicientes. i ¶Et mortui sunt in dolo. In obsidione eñ captiuitatis multi fuerunt mortui, aliqui aëris corruptione, aliqui gladio,& aliqui fame. k ¶Et in emissione.quia multi de his qui mittebantur in Babyloñ captiui,fuerunt in via mortui. l ¶Et posuisti.Hîc consequenter allegat diuini cultus ignominia,cùm dicitur: Et posuisti templum.scilicet in desolationem. m ¶In quo inuocatum est no.tu.ante destructionem eius. n ¶Sicut hæc dies. supple manifestat per rei euidentiam. o ¶Et feci.in nobis do.deus.no.se.omnem. i.secundũ magnitudinem bonorum, quæ fecisti nobis ex tua bonitate in datione legis, & alijs beneficijs inflixisti nobis domine pœnam ex tua iustitia,eò quòd fuimus ingrati & transgredientes tua mandata.p ¶In die qua præcepisti ei scribere.i,Deuteronomiũ.q ¶Multitudo.hæc ma. & mul.i.ornatus & pulchritudo populi Israel. r ¶Conuer.in mini.per gratiã & captiuitatẽ. s ¶Quia scio q̃ me.Deus enim ita cognoscit futura, sicut præsentia. t ¶Populus est enim dura ceruice. vt patet ex decursu veteris testamenti. v ¶Et conuerte.ad cor suum. recognoscẽdo proprium delictũ. x ¶In terra captiuitatis suę. vexatione ei intellectum dante y ¶Et dabo eis cor & intelligent.scilicet contritum. z ¶Et aures & audient.dei verbum. a ¶Et laudabunt me in terra captiuitatis suę. sicut dictum est suprà de Tobia, Tobiæ. xiij. b ¶Et idem

†Deu.26.d †Psa.113.d †in infimis

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z a b c

A ✠ Et idem fuit in alijs multis iustis, vt in Daniele & socijs eius, & cõsimilibus. a ¶ Et auertent se a dor. suo duro ad est ab inobedientia sua dura. b ¶ Quia reminiscentur vi. pa. su. qui similiter pro peccatis suis mortui fuerunt in captiuitate. c ¶ Et reuocabo illos in terram quam iuraui. Hoc fuit impletum aliqualiter, quando Cyrus dedit Iudæis licentiam redeundi in Iudæã, sed plenius per Christum aperientem cæli ianuam, quod est terra viuentiũ, per terram promissionis figurata. Præmiũ enim virtutis à deo principaliter promissum, non potest intelligi bonum terrenum, qđ est minus quàm virtutis bonum: & ideo quãdo in scriptura sacra pro virtutibus operibus promittuntur bona corporalia & terrena, sub illis intelliguntur principaliter promitti bona & æterna, sicut dixi plenius, Gen. xv. & in pluribus alijs locis. & huic sensui concordat litera sequens cùm dicitur: d ¶ Et statuam illis testamentum alterũ, legem nouam per Christum. e ¶ Sempiternum. Tum quia legi nouæ lex altera non succedet. Tum quia habet effectum sempiternum introducendo statim ad gloriam sempiternam, quòd lex vetus facere non potest, secundũ quod deducit Apostolus facis diffuse in epistola ad Hebræos. ideo subditur: f ¶ Et non mouebo amplius populum meum. quia mãsio cælestis stabilis & æterna est.

NI. DE LYRA

CAP. III.

B ET nũc domine omnipotens. Postquam posita est orantis allegatio, hîc consequenter ponitur deprecantis conclusio, cũ dicitur: h ¶ Anima in angustiis, posita. i ¶ Et spiritus anxius. ex afflictiõe dura. k ¶ Clamat ad te. vt possit aliquantulum respirare. l ¶ Audi domine. condescendendo. Cætera patent vsq; ibi. m ¶ Audi nunc orationem mortuorum Israel. id est sanctorum patriarcharum & prophetarum, qui viuẽtes orauerũt ad te pro bono statu posterorum. n ¶ Et filiorum ipsorum qui pe. ante te. id est vocem nostram audi, qui licet peccauerimus tibi, tamen pœnitentes clamam⁹ ad te. o ¶ Et agglutinata sunt nobis mala. id est pœna multiplex est nobis inflicta. p ¶ Noli meminisse iniquita. pat. pro ipsis nos puniendo, nam aliquando filij iuste pro patribus puniuntur pœna temporali: quia filij sunt quędã res patrum. q ¶ Sed memento manus tuæ. id est potentiæ tuæ pro nostra liberatione. r ¶ Et nominis tui. cuius proprium est parcere & misereri. Cætera patent vsq; ibi: s ¶ Quia conuertemur ab iniquitate patrum nostrorum. in bonum per pœnitentiam nostram, qui sumus successores eorum. t ¶ In improperium & in maledi. nam multa conuitia & male dicta inferebantur eis in aliena terra. v ¶ Et in peccatum. i. peccatores reputati, & pro peccatis puniti. x ¶ Audi Israel. Postquã præmissa est humilis deprecatio, hîc cõsequẽter subditur veluti informatio. Et primò Baruch populum

a nis mei. Et auertent se à dorso suo du-
b ro, & à malignitatibus suis: quia remi-
niscentur uiam patrum suorũ, qui pec-
c cauerunt in me. Et reuocabo illos in ter-
ram quam iuraui patribus eorũ, Abra-
ham, Isaac & Iacob, & dominabũtur e-
ius. Et multiplicabo eos, & non mino-
d rabuntur. Et statuam illis testamentum
e alterum sempiternum, ut sim illis in de-
f um, & ipsi erunt mihi in populum. Et
non mouebo amplius populum me-
um filios Israël à terra quam dedi illis.

Caput III.

g ET nunc domine omni-
k potens deus Israël, ani-
i ma in anguſtiis & ſpiri-
k tus anxius clamat ad
l te. Audi domine & mi-
serere, quia deus es misericos: & misere
re nostri, quia peccauim⁹ ante te. Quia
tu sedes in sempiternum, & nos peribi-
m mus in æuum? Domine omnipotens
deus Israël audi nunc orationem mor-
n tuorum Israël, & filiorum ipsorum, qui
peccauerunt ante te: & non audierunt
o uocem domini dei sui, & agglutinata
p sunt nobis mala. Noli meminisse in-
q iquitatis patrum nostrorũ: sed memen-
r to manus tuæ, & nominis tui in tempo-
re isto: quia tu es dominus deus noster,
& laudabimus te domine, quia propter
hoc dedisti timorem tuum in cordibus
nostris, & ut inuocemus nomen tuum,
& laudemus te in captiuitate nostra:
s quia cõuertemur ab iniquitate patrum
nostrorum qui peccauerunt ante te.
Et ecce nos in captiuitate nostra sumus
t hodie, quò nos dispersisti in improperi-
v um, & in maledictũ, & in peccatum se-
cundum omnes iniquitates patrum no-
strorum, qui discesserunt à te domine
x deus noster. Audi Israël mandata uitę,
auribus percipe, ut scias prudentiam.
Quid est Israël, quòd in terra inimico-
rum es? Inueterasti in terra aliena, coin-
quinatus es cum mortuis. Deputatus
es cum descendentibus in infernum: de-
reliquisti fontem sapientiæ. Nam si
in uia dei ambulasses, habitasses utiq;
in pace † super terram. Disce ubi sit pru-
dentia, ubi sit uirtus, ubi sit intellectus:
ut scias simul ubi sit longiturnitas uitæ
& uictus: ubi sit lumen oculorum &
pax. Quis inuenit locum eius? Et
quis intrabit in thesauros eius? Vbi
sunt principes gentium, & qui domi-
nantur super bestias, quæ sunt super
terram? Qui in auibus cæli ludunt,

† sapien-tia

populum Israel ad bonum hortatur. C
Secundò cum multipliciter consolatur, sequen. ca. ibi: Animæquior esto. Prima in duas. nam primò populum ad sapientiæ desiderium inuitat. Secũ dò quæ sit illa sapientia, declarat in principio sequentis capitis. Prima in tres: quia primò ad quærendum sapientiam inducit. Secundò ab ea infideles excludit, ibi: Quis inuenit. Tertiò quibus conceditur, ostendit, ibi: O Israel. Circa primum dicit: Audi Israel mandata vitæ. id est mandata dei, quorum obseruatio inducit in vitam æternam, Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. y ¶ Auribꝰ percipe vt scias prudentiã. non humanam, cuius finis est felicitas politica, sed diuinam & infusam, cuius finis est felicitas superna. z ¶ Quid est Israel. detentus in captiuitate. a ¶ Inueterasti in terra aliena. ibi existens iam à longo tempore: quia regnum Israel fuit captiuatum anno. vj. Ezechiæ. & Iechonias rex Iuda cum nobilibus & potentibus regni sui anno primo Sedeciæ: & Sedecias cum reliquis anno vndecimo regni sui. b ¶ Coinquinatus es cum mor. i. cum infidelibus qui dicuntur mortui, Matthę. viij. ca. Dimitte mortuos sepelire mor. suos. Filij enim Israel inter eos captiuati communiter inquinabantur cibis eorum, vt dictum est suprà Tobiæ. j. c ¶ Deputatus es cum descẽdentibus in infernum. i. cum idololatris inter eos cõmorando. Præmisit ergo: D
Quid est Israel. i. quæ est causa istorũ malorum super te venientium? & respondet: d ¶ Dereliquisti fontẽ sa. i. quia dereliquisti deũ tuum. e ¶ Nã si in via dei. ibi offensa per legem & prophetas. f ¶ Habitasses vtiq; in. à deo tibi concessam. Patet enim ex decursu veteris testamenti, quòd quãdiu in via dei ambulauerunt, in terra promissionis pacificè habitauerunt. g ¶ Disce vbi sit. pru. ĩfusa. h ¶ Vbi sit virtus. similiter infusa. nã sicut virtutes politicę ex actibus acquisitę connectũtur prudẽtię politicę, vt habetur vj. æthico. sic virtutes morales infusæ cõnectuntur prudẽtiæ diuinę vel infusę. i ¶ Vbi sit intellectus. Est aũt intellectus propriè habitus principiorũ: Articuli verò fidei sunt principia omniũ credibiliũ. & ideo fides quę est virtus intellectualis, est huiusmodi intellectus. k ¶ Vt scias si. i. per ipsam fidem quæ est substantia rerũ sperandarum, argumentũ. i. certitudo nõ apparẽtiũ. l ¶ Vbi sit lõ. vi. d. vita ęterna. m ¶ Et vir. i. fruitio beata. n ¶ Vbi sit lu. ocu. p apertã primę veritatis visionẽ o. ¶ Et pax. Pax dicit oĩmodã appetitus quietationem, per fidẽ cm cognoscimus certitudinaliter, qꝫ ista sunt in deo obiectiuè: & in beatis spiritibus subiectiuè. p ¶ Quis in. Hîc consequenter infideles ab hac sapientia excludit, dicẽs: Quis in. lo. q. d. nullus de infidelibꝰ quãtuncũq; potẽs & magnꝰ, ideo subditur: q ¶ Vbi sunt prin. gẽ. Tempore nanq; Baruch captiuatis regibus Israel & Iuda, omnes terræ principes erant idololatręq; & infideles. r ¶ Qui dominantur super bestias quæ sunt super terram. per venationis exercitium. s ¶ Qui in auibus cæli ludunt. per aucupium.

✠ Qui argen-

a ¶ Qui argentum thesaurizãt,& aurum in quo confid. per hæc enim sperant obtinere super alia regna dominium. b ¶ Et non est finis acqui. eorum. quia quantò plura acquirunt, tantò ad alia acquirenda ardentius anhelant. c ¶ Qui argentum fabri. inde faciendo monetam, vel idola. d ¶ Et soli. sunt. de obtinendo quod capiunt. e ¶ Nec est inuen. operum illorum. quia frequenter' prę ueniuntur morte, antequam possint opus intentum perficere. ideo dicitur: ¶ Exterminati. sunt. &c. f ¶ Iuue. moribus & ætate. g ¶ Viderunt lu. in bonis sensibilibus suum ponentes finem. h ¶ Viam autem disciplinæ. ig. Delectatiões enim sensibiles hanc notitiam impediunt. i ¶ Nec intel. se. i. modos inquirendi eam. k ¶ Nec filii, eo. malè nutriti, & in sensibilibus delectationibus occupati, sicut patres eorũ. l ¶ Non est au. in ter. Cha. in qua ante filios Israel habitauerunt idololatræ pessimi, vt patet in libris Nu. & Deu. ¶ Neque vi. est in Themã. nomen est terræ de qua fuit Eliphaz Themanites, qui nõ ponebat nisi prę sentem vitam, vt dictũ fuit super librum Iob. & idem videtur fuisse de alijs habitatoribus illius terræ. nam iste fuit de maioribus & prudentioribus: propterea exclusi erant à sapientia diuina, quæ felicitatem ponit in vita futura. n ¶ Filii quo. Ag. Agareni, qui modo dicũtur Sarraceni vsurpantes sibi nomen à Sarra libera, cum tamen descẽderint ab Agar ancilla Abrahæ. o ¶ Qui exquisie. prudenti. sunt enim astuti in terrenis lucris. p ¶ Et fabu. ad decipiendum in mercationibus homines. q ¶ Et exqui. intel. quæ propriè est de prę sentibus tantùm. r ¶ Viam au. sa. quæ magis attendit bona futura: Nescierunt. s ¶ O Israel. Hic consequenter ostenditur quibus conceditur sapientia diuina, cùm dicitur: O Israel, considera. t ¶ Quã ma. est do. dei. i. cælum empyreum, quod est locus beatorũ: est em̃ cælum supremum, & per cõsequens maximè extensum quantò magis distat à cẽtro mundi. v ¶ Magnus est & nõ ha. fi. i. terminationem siue finitionem à parte pòst: nam est incorruptibilis. x ¶ Excelsus. quia est locus supremus, vt dictum est. y ¶ Et immensus. non simpliciter, quia nulla creatura sic est immensa, sed per comparationem ad nos, qui quantitatẽ eius metiri nõ possumus. z ¶ Ibi fuerunt gi. hoc non refertur ad literam immediatè præcedentẽ. nam in cælo empyreo non fuerunt gigantes, qui sunt homines incompositi morib', sed refertur ad hoc quod prædicitur. Non est audita in ter. Cha. in qua habitauerũt gigãtes, vt habetur, Nume. x. d ¶ Ibi vidimus monstra quędam filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati quasi locustæ videbamur. a ¶ Scientes bellum. i. artem bellandi. b ¶ Non hos elegit dominus. in populum sibi peculiarem sicut elegit Israelem. c ¶ Neque viam disciplinę inuenerunt. nam incompositi moribus fuerunt. d ¶ Propterea perierunt. filij enim Israel eos interfecerunt, vt habetur in libris Iosue & Iudicum. e ¶ Quis ascendit in cęlũ. q. d. nullus hominum scilicet ante Christi aduentum. & pro tempore, illo' loquitur Baruch. f ¶ Quis transfret. i. mare, & inuenit. q. d. nullus per talem trãsfretationẽ potuit inuenire sapientiã diuinam.

a qui argentũ thesaurizant, & aurum
b in quo confidunt homines: & non
c est finis acquisitionis eorum. Qui
d argentum fabricant & soliciti sunt,
e nec est inuentio operum illorum.
Exterminati sunt, & ad inferos de-
scenderunt, & alij loco eorum ex-
f g urrexerunt. Iuuenes uiderunt lu-
men, & habitauerũt super terram:
h uiam autem disciplinæ ignorauerunt, neque intellexerunt semitas
i k eius, neque filij eorum susceperunt
eam. A facie ipsorum longè facta
l est. Non est audita in terra Cha-
m naan, neque uisa est in Theman.
n o Filij quoq; Agar, qui † exquisierunt
prudentiam, quæ de terra est, negotiatores terræ & Theman, & † fabu-
p q latores, & exquisitores prudentiæ
r & intelligentię: uiam autem sapien-
tiæ nescierunt, neq; commemora-
s t ti sunt semitas eius. O Israël quàm
magna est domus dei, & ingens lo-
v cus possessionis eius. Magnus est,
x y & non habet finem, excelsus & im-
z mensus. Ibi fuerunt gigantes nominati, illi qui ab initio fuerunt stat
a tura magna scientes bellum. Non
c hos elegit dominus, neque uiam
d disciplinæ inuenerunt: propterea
perierunt. Et quoniam non habuerũt sapientiã, interierunt propter su
e am insipientiam. Quis ascendit
f in cælum, & accepit eam, & eduxit
eam de nubibus? Quis transfretauit mare, & inuenit illam, & attulit illam super aurum electum?
Non est qui possit scire uias eius, g
neque qui exquirat semitas eius.
Sed qui scit uniuersa, nouit eam: h
& adinuenit eam prudentia sua. i
Qui præparauit terram in æterno k
tempore, & repleuit eam bipe-
l dibus & quadrupedibus. Qui m
emittit lumen & uadit: & uocauit
illud, & obedit illi in tremore. Stel- n o p
læ autem dederunt lumen in cu-
q stodiis suis, & lætatæ sunt. Voca-
tæ sunt, & dixerunt: Adsumus. Et
luxerunt ei cum iucunditate, qui fe-
cit illas. Hic est deus noster, & non r
æstimabitur alius aduersus eum.
Hic adinuenit omnem uiam disci- t
plinæ, & tradidit illam Iacob pue- v
x ro suo, & Israël dilecto suo. Post
hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est.

nam. g ¶ Non est qui possit scire vias. naturali virtute, sicut inuenta est sapientia philosophica. h ¶ Sed qui scit vniuersa. no. scilicet deus. i ¶ Et adinuenit eam prudentia. id est habet eam per seipsum, & non per doctorem alium. k ¶ Qui præparauit terram in ęterno tempore. nam in æternum durabit à parte pòst, sicut & alię mundi partes principales: meliorabuntur tamen in suis qualitatibus in mundi innouatione. l ¶ Et repleuit eam bipedib' & quadrupedi. i. auibus, hominibus, & animalibus. licet em̃ aues habitent in aëre, cõmunius tamen alimentum accipiunt in terra. m ¶ Qui emittit lumen & va. nam secundum eius ordinationẽ lumen solis & lunæ diffunditur per aërẽ. n ¶ Et vocauit illud: & obedit illi tre. nam secundum ordinationem eius lumen solis & lunæ quodammodo reuocatur, quando certis tẽporibus eclypsantur. o ¶ Stelę dederunt lumen. secundum dei ordinationem. p ¶ Et lętatę sunt. Locutio est metaphorica, sicut cùm dicitur: Pratum rider, quia corpora cælestia nõ sunt animata secundũ Damascenum. q ¶ Vocatę sunt & dixerunt: Adsumus. Illud dicere nõ est aliud, quàm cursum suum secundum ordinationem dei perficere. r ¶ Hic est deus noster. cui obediunt corpora cęlestia & terrestria. s ¶ Et nõ æstimabitur alius aduersus eum. nam alij sunt dij falsi. t ¶ Hic adinuenit. Hmnem viam disciplinę. ducentem ad vitam gloriæ. v ¶ Et tradidit illã Iacob. Iacob autẽ & Israel idem homo fuit: sed primò vocatus est Iacob. i. supplantator: postea Israel. i. videns deum, vel directus cũ deo, Gen. xxxij. f. per quod designatur quòd in via perfectiõis oportet hominem prius luctari cum passionib' ipsas subijciendo per exercitium virtutis, postea proficit i cõtemplatione veritatis. vnde dicit Greg. super Ezech. Qui contemplationis arcẽ tenere desiderant, prius necesse est, vt in campo actionis se per exercitia probẽt. Et Phi. vn. Physicorum. Sedẽdo & quiescẽdo. i. sedatis passionibus fiat anima sciens & prudens. & ideo bene dicitur, quòd sapientiam diuinam dedit deus Iacob & Israel, quia passionibus supplantatis datur homini contemplatio veritatis. x ¶ Post hęc in terris visus est cum hominibus conuersatus est. Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt sit relatio præteriti: quia post illuminationem Iacob patriarchæ, & dationem legis, descendentibus ex suo semine. Exod. xx. deus apparuit illi populo. Exod. xxiij. c. Ascenderuntque Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta ex senioribus Israel, & viderunt dominum deum. Et subditur ibidem: Necnon super eos qui procul recesserant de filijs Israel misit manum suam, videruntque deum &c. Cum illis etiam conuersatus est quadraginta annis, præbens eis manna & alia beneficia multa, secundum quod dicitur Psal. xciij. b. secundum translationem LXX, interpretum. Quadraginta annis proximus fui generationi huic &c. Alio modo vt sit prophetia de futuro, quia post tempus Baruch Christus deus & homo cum hominibus conuersatus est, Iohannis. j. a. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, &c. Et hæc est perfectior exposi-
tio, quia, conuersatio prima fuit hu-
ius figura

CAP. IIII.

Hic liber man. Postq̃ Baruch induxit ad sapientiæ desideriũ, & ostẽdit quib⁹ dabit & à quo, hîc cõsequẽter ostẽdit, q̃ sit illa sapiẽtia. s. lex à deo data dicit. Hic lib. mãdata dei, supple est sapiẽtia ꝓdicta ꝓpter qđ dicit, Deu. iiij. a Hęc est sapia vestra, & intellectꝰ co. An lex vrã ppls. b ¶ Et lex q̃ ẽ &c. Non em̃ lex t ut ꝓ nouã ẽ abolita, sed magis pfecta abolita sit ẽ secũdũ qđ dicit saluator Mat. v. b. Nõ veni soluere legẽ sed adimplere, vt ibidẽ fuit declaratũ. c ¶ Oẽs qui te. cõ. obseruãdo. d ¶ Perue. ad vitã. scilicet ꝑ gratię i ꝑsenti, & glorię in futuro. scilicet em̃ patres ve. testa. decedẽtes, nõ statim admitterent ad gl̃iam, erant ibi admittẽdi suo tpe. s. amoto impedimẽto p Christũ. e ¶ Qui aũt dereliq. trãsgrediẽdo qa decedẽtes statim delectabãt in gehẽnã. f ¶ Cõuer. Ia. ad ea ꝙ se decẽdens à Iacõb. g ¶ Et apẽdẽ, cã p iugẽ memoriã. h ¶ Ambulaper viam. morũ. i ¶ Ad splẽ. eius. oculos conuertẽdo. iõ subditur: k ¶ Cõtra lu. eius, tales em̃ nõ habẽt aste se vmbram ignorãtiæ vel culpæ: aduertẽtes aũt se à lumine habent vmbrã culpæ & ignorãtiæ añ se. l ¶ Ne tradas alte. glo. tuã. &c. legẽ diuinit⁹ dari dimittẽdo, de cuius acceptione poterat populus Israel prę ceteris populis gloriari, secũdum qđ dicit psal. cxlvij. b. Nõ fecit taliter oĩ nati. &c. iõ subdit: m ¶ Btũsumus Israel. hoc dicit Baruch, ẽd ꝙ erat de populo illo. n ¶ Quia q̃ deo pla. i. mãdata legis & prophetarũ oracula. o ¶ Manife. Diuisio sunt no. in lege & ꝓphetis. p ¶ Aniq̃or. Posita populi exhortatiõe, hîc cõsequẽter ponit eius cõsolatio. & primõ in ꝑsona Baruch loquẽtis. secũdõ in ꝑsona Ierusalẽ metropolis, ibi: Et dixit. tertiõ i ꝑsona dei cõsolantis, ibi: Aiequior esto Ierusalẽ. Circa primũ dicit: Aięqor. i. cõstantior & hilarior. q ¶ Esto po. dei. i. populus Israel dei cultor, ęteris ad idololatriã declinantibus. r ¶ Memorabilis Israel. coram deo, licet oblit⁹ videaris, iõ subdit: s ¶ Venũ. est is gentibus nõ in pd. sed vt afflictio det vobis intellectum ad vestrã emendationẽ, ideo subdit: t ¶ Sed propter quod in ira. i. in pẽtis vestris ira dei dignis. v ¶ Ad iracũdiã prouocastis deũ: traditiq̃ estis &c. & patet litera vsque ibi. x ¶ Cõtristastis nutricẽ vestrã Ierusalẽ. quæ nutriuit vos corporaliter bonis tpalib⁹ ibidẽ abũdãtib⁹, & spiritualiter doctrina prophetarũ ibidẽ habitantiũ. ideo subdit: y ¶ Vidit enim iracũdiã. i. pœnam. z ¶ Adeo venientẽ vob. hoc em̃ prędixit Ieremias & alię prophetę, q̃ locuti sunt de Diuisio Babylonica captiuitate, vt patuit suprà i libris eorũ. a ¶ Et dixit. Hîc cõsequẽter ponit ppli cõsolatio in ꝑsona Ierusalẽ, & vt opposita iuxta le posita magis duceręt. primõ recitat materia desolationis. secũdõ cõsolationis ibi: Ego aũt. Circa primũ dicit: Et dixit. s. ꝑ pphetas & alios sanctos de solatiõne Ierusalẽ lamẽtantes, eo modo loquẽdi quo Parisius dicit facere & dicere, qđ ppls ei⁹ facit & dicit. b ¶ Audite cõfines Sion. i. ciuitates affinitatẽ cũ Ierusalẽ habẽtes. c ¶ Adduxit enim mihi dꝰ luctũ magnum. id est

Caput IIII.

Hic liber mandatorum dei, & lex quę est in æternum. Omnes qui tenent eã, perueniẽt ad uitam: qui autẽ dereliquerunt eam, in mortem. Conuertere Iacob & apprehende eam, ambula per uiam ad splendorem eius contra lumen eius. Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienæ. Beati sumus Israël, quia quæ deo placent, manifesta sunt nobis. Animæquior esto populus dei memorabilis Israël. Venũdati estis gentibus, non in perditionem: sed propter quod in ira ad iracundiam prouocastis dominum, traditiq̃ estis aduersariis. Ex acerbastis enim eum qui fecit uos deum æternum, immolantes dæmoniis & non deo. Obliti enim estis eum qui nutriuit uos, & contristastis nutricem uestram Ierusalem. Vidit enim iracundiam à deo uenientem uobis, & dixit: Audite † confines Sion. Adduxit enim mihi deus luctum magnum. Vidi enim captiuitatem populi mei, filiorum meorum & filiarum, quam superduxit illis æternus. Nutriui enim illos cum iucunditate, dimisi autem illos cum fletu & luctu. Nemo gaudeat super me uiduam & desolatam, à multis derelicta sum propter peccata filiorum meorum, quia declinauerunt à lege dei. Iustitias autem ipsius nescierunt, nec ambulauerunt per uias mandatorum dei, neque per semitas ueritatis eius cum iustitia ingressi sunt. Veniant confines Sion, & memorentur captiuitatem filiorum & filiarũ mearum, quam superduxit illis æternus. Adduxit enim super illos gentem de longinquo, gentem improbam & alterius linguæ, qui non sunt reueriti senem, neque puerorum miserti sunt. Et adduxerunt dilectos uiduæ, & à filiis unicam desolauerunt. Ego autem quid possum adiuuare uos? Qui enim adduxit super uos mala, ipse uos eripiet de manibus inimicorum uestrorum. Ambulate filij ambulate: ego enim derelicta sum sola. Exui me stola pacis, indui autem me sacco obsecrationis, & clamabo ad altissimum in diebus meis. Animæquiores estote filij, clamate ad dominum, & eripiet uos de manu principum inimicorum. Ego enim speraui in æternum salutem uestram, & uenit mihi gaudium à sancto super misericordia, quę ueniet uobis ab æterno salutari nostro. Emisi enim uos cũ luctu id est materiã magnã lugẽdi, per exercitũ Chaldęorũ populũ meũ captiuatum. d ¶ Nutriui enim illos cum iucũdi. tẽporibus Dauid & Salomonis, quia tũc erãt in magna bonorũ tẽporalium & spiritualiũ prosperitate. e ¶ Dimi. aũt illos cũ fletu & luctu. cùm ducerentur in Babylonẽ tpibus Iechoniç & Sedeciç. f ¶ Nemo gau. super me. quę magis in digeo cõpassione. g ¶ A multis. de filijs meis in captiuitatem ductis. h ¶ Iustitias autem ipsius nescierunt. practicẽ, licet aliqui sciuerint speculatiuẽ. s. sacerdotes & legisperiti viuẽtes malẽ. i ¶ Neque per semitas. quantũ ad cõtilla. k ¶ Cũ iustitia ingressi fũt. scilicet pœna ꝑ dei iustitiã inflicta. vñ & peccantium punitio communi modo loquendi iustitia nominat. l ¶ Veniant confines Sion. de hoc enim ciuitates in circuitu Iudęę existentes frequenter loquebãtur, sicut solet fieri de tali casu. m ¶ Adduxit enim super illos de longinquo. scilicet de Chaldęa & alijs regnis existẽtibus sub Chaldæis. n ¶ Gentem improbã. id est bonis moribus carẽtem. o ¶ Et alterius lin. propter quod minus miserebanẽ, quia non intelligebant verba deprecatiũ. iõ subdit: p ¶ Quinõ † cõsuẽtes sunt reueriti senẽ &c. quib⁹ tñ esset maximè cõpatiendũ, sed absq̃ discretione ætatis, cõditionis, & sexus populũ crudeliter afflixerũt. q ¶ Et adduxerũt dilectos viduę. i. filios eius in captiuitatem duxerũt, & sic eam vnicam & desolatam dimiserunt. r ¶ Ego autẽ. Hîc cõsequẽter ponit materia cõsolatiõis, cũ dicit: Ego aũt qđ poss. adiuuare vos. q. d. non est vobis petendũ humanũ auxiliũ sed diuinũ. iõ sequit: s ¶ Qui enim adduxit super vos mala. pœnę ad vestrã correctionem. t ¶ Ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum. ad nominis sui laudẽ, præcipiẽs Siro ꝙdi ficare tẽplũ in Ierusalẽ, ꝓpter qđ dedit populo Iudæ redeũdi licẽtiã, vt habetur. j. Esdrę. j. v ¶ Ambulate filii. de virtute in virtutem. x ¶ Ego enim derelicta sum sola. sicut lamẽtabatur Ieremias propheta dicens. Threñ. j. a. Quomõ sedet sola ciui. &c. v ¶ Exui me stola pacis. id est vestibus iucunditatis. z ¶ Indui autem me sacco obsecrationis. Antiquitus enim afflictionis tempore orabant homines in sacco & cinere, vt patet de Ninuitis, Ionę. iij. cap. a ¶ Et clamabo ad altissi. &c. confidens q̃ acquiescat pcibus meis. ideo subditur: b ¶ Aięquiores estote filii. confidentes de auxilio dei. c ¶ Ego enim speraui in æternum salutem vestram. id est quod det vobis non solùm salutẽ temporalem, sed etiam æternam. d ¶ Et venit &c. à sctõ. i. à deo qui est sanctussanctorũ. e ¶ Super miseri cordia &c. ab æterno salu. nostro. id est à Christo q̃ secũdũ diuinitatem est ab æterno: & sic deliberatiõe populi facta per Cyrum transit ad loquendũ de liberatione facta per Christum tanquam de figura ad figuratum. sicut Isa. xliij. loquendo de casu regis Babylonis sub eodem contextu literæ transit ad loquendum de casu dæmonis, vt ibidem plenius fuit dictũ, & ad idem facit quod sequitur:

G ↬ Reduce

a ¶ Reducet autē vos mihi do. cū gaudio. Populus enim post Babylonicæ captiuitatis reditū q̄si continuè fuit in afflictione: propter quod videtur hęc scriptura loqui saltē principaliter de liberatione facta p Christum. b ¶ Sicut enim viderunt vicinæ Sion. id est ciuitates circa Iudæam positæ. c ¶ Captiuitatem vestram à deo. vobis inflictam propter p̄cā vestra. d ¶ Sic videbunt & in celeritate. i. citò. e ¶ Salutem vestrā i d. Si referatur ad liberationē de Babylone est hyperbole. si aūt ad liberationem per Christi gratiam est locutio clara. f ¶ Persecutus est enim te inimicus tuus. i. Chaldęorum populus secūdum primum intellectum. Diabolus autem vel quilibet tyrannus persequens ecclesiam quātū ad secundū. g ¶ Sed cito videbis perditionē ipsius. quia Cyr⁹ destruxit populum Chaldęorum, & Christus diaboli potentiam confregit, & etiam tyrannorum. h ¶ Delicati mei ambulauerunt uias asperas. id est grauiter sunt afflicti ab aduersarijs. i ¶ Ducti sunt enim. in captiuitatem & mortem. k ¶ Vt grex direptus. id est raptus per prædam. l ¶ Animæquiores estote filii. sustinendo patienter. m ¶ Et proclamate ad dominum. qui liberabit vos potenter. ideo subditur: n ¶ Erit enim memoria vestra. in bonum. o ¶ Ab eo qui duxit vos. i. à deo qui permisit vos in captiuitatem duci. p ¶ Sicut enim. vt erraretis à deo per multiplicem idololatriam. sicut patet. iiij. Regū. & .ij. Paralipo. q ¶ Decies tantum &cęt. requiretis eum. post reditum enim captiuitatis Babylonicæ non leguntur Iudæi fuisse idololatræ, nisi aliq̄ pauci tempore Antiochi Epiphanis, ducti etiam ad hoc magis timore, q̄m infidelitate: vt habetur. j. Machabę. F &. ij. ista tamen requisitio dei magis impleta fuit in apostolis & alijs credentibus de Iudaismo, vt patet Act. ij. & iiij. r ¶ Qui enim induxit vobis mala. s. pœnæ. s ¶ Ipse rursum adducet. q̄d potissimè impletum est in apertione ianuæ cælestis per Christum. t ¶ Animęquior esto. Hic consequenter ponitur consolatio inducta ex persona dei. & primò fit mētio de captiuitatis Babylonicæ liberatione. secundò de populi fidelis exultatione, ibi: Exui te Ierusalem. Circa primum ponitur primò aduersariorum punitio, cū dicit: v ¶ Nocētes. tibi, id est Chaldæi. x ¶ Peribunt. subiecti & depressi. Cętera patent vsq̄ ibi: y ¶ Sicut enim gauisa est in tua ruina. scilicet gens Chaldaica: ¶ Sic contristabitur in sua desolatione. per Cyrum & Darium, vt habetur Dani. v. a ¶ Ignis enim superueniet ei ab æterno. s. dispositus à deo qui est æternus, qui etiam omnia futura præuidit ab æterno. Babylon enim quę erat metropolis Chaldæorum, fuit incensa pro magna parte per Cyrum & Darium. b ¶ In longiturnis diebus quia non fuit reædificata: sed magis postea hominib⁹ inhabitabilis facta propter animalia venenosa & monstruosa, sicut prędixit Isa. xiij. Secundò ponitur

a & ploratu: reducet autem uos mihi dominus cum gaudio & iucunditate in sempiternum. Sicut enim uiderunt uicinæ Sion captiuitatem uestram à deo, sic uidebunt & in celeritate salutē uestram in deo, quæ superueniet uobis cum honore magno & splendore ęterno. Filij patienter sustinete iram, quæ superueniet uobis. Persecutus est enim te inimicus tuus, sed citò uidebis perditionem ipsius, & super †ceruices ipsius ascendes. Delicati mei ambulauerunt uias asperas: ducti sunt enim ut grex direptus ab inimicis. Animęquiores estote filij, & proclamate ad dominum: erit enim memoria uestra ab eo qui ducit uos. Sicut enim fuit sensus uester, ut erraretis à deo: decies tantùm iterum conuertentes requiretis eum. Qui enim induxit uobis mala, ipse rursum adducet uobis sempiternam iucunditatem cum salute uestra. Animæquior esto Ierusalem: exhortatur enim te, qui te nominauit. Nocentes peribunt, qui te uexauerunt: & qui gratulati sunt in tua ruina, punientur. Ciuitates quibus seruierunt filij tui, punientur: & quæ accepit filios tuos. Sicut enim gauisa est in tua ruina, & lætata est in casu tuo: sic contristabitur in sua desolatione. Et amputabitur exultatio multitudinis eius, & gaudimonium eius erit in luctum. Ignis enim superueniet ei ab æterno in longiturnis diebus: & habitabitur à dæmonijs in† multitudine temporis. Circūspice Ierusalem ad orientem, & uide iucunditatē à deo tibi uenientem. Ecce enim ueniunt filij tui quos dimisisti dispersos: ueniunt collecti ab oriente usque ad occidentem, in uerbo ¶ sancti gaudentes in honorem dei.

Caput V.



Exue te Ierusalem stola luctus & uexationis tuæ, & indue te decore & honore, †quæ à deo est tibi sempiterna gloria. Circunda bit te deus diploide iustitiæ, & imponet mitram capiti tuo honoris æterni. Deus enim ostendet splendorem suum in te, qui sub cælo est. Nominabitur enim tibi nomen tuum à deo in sempiternum, pax iustitiæ, & honor pietatis. Exurge Ierusalem, & sta in excelso, & circumspice ad orientem, & uide collectos filios tuos ab oriente sole usque ad occidentem: in uerbo sancti gaudentes dei memoria. Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos dominus ad te portatos in honorem sicut filios regni.

dò ponitur captiuitatis liberatio, cū G dicitur: c ¶ Circūspice Ie. ad o. in. de enim venit Cyrus ad destruendū Babyloniam, & ad dandum populo Iudaico redeundi licentiam, ideo subditur: Ecce enim veniunt filii tui. & sequitur: d ¶ Ab oriēte vsq̄ in occidentem. i. ab omni loco vbi fuerant dispersi, quia Cyrus qui fuit monarcha, publicauit dictam licentiam per totū imperium suum, vt habetur. j. Esdre. j. e ¶ In verbo sancti gaudentes. id est in verbo dei, qui est sanctussanctorum. Et per Isaiam Ieremiam & alios prophetas prædixerat hunc reditum. f ¶ In honorē dei. quia redeuntes ædificauerunt templū in Ierusalem ad honorē dei.

NICO. DE LYRA. CAP. V.

EXue te Ierusa. Hic vidimō sub nomine Ierusalē inducit populus ad gaudium & exultationem, cū dicitur: Exue te Ieru. stola luctus & vexationis. Mos enim erat antiquitus, & adhuc est in aliquib⁹ terris, ad uersitatis tempore vestes lugubres accipere, & redeunte ꝓsperitate illas deponere. Et si in hac parte dirigatur sermo ad synagogā pro tempore reditus captiuitatis Babylonice, est sermo hyperbolicus: si autem ad ecclesiam est magis planus. propter qd' intendo literā sequi isto modo referendo partim ad tempus gratię, & partim ad tempus gloriæ, ideo subdit: h ¶ A deo tibi est semp. glor. q̄ per gratiam hīc inchoatur, & in patria consummat. i ¶ Circūdabit te deus diploide. quæ est vestis militaris. Et dicitur à duplo duplas, quasi duplex vestis: ꝑ quā intelligitur duplex stola gloriæ, scilicet animæ & corporis. k ¶ Et imponet mi. capiti tuo honęter. quod videmus implerum i pōtificibus noui testamenti. l ¶ Deus enim ostendet splendo. ęter. in tp agnitionem veritatis euangelicæ. m ¶ Nominabitur enim tibi nomen tuum. in sempiternum pax iustitiæ: vnde de Christi regno dicitur Isa. ix. b. Multiplicabitur eius imperium, & pacis eius nō erit finis. n ¶ Exurge Ierusalem, & sta in excelso. id est in culmine virtutis. o ¶ Et circūspice ad orientem, & vide collectos filios. id est Christum, de quo dicitur Luc. j. g. Visitauit nos oriens ex alto. p ¶ In verbo sancti. id est Christi, qui est sanctussanctorum, Dani. ix. b. q ¶ Gaudentes dei memoria. apostoli enim & alij credentes in ecclesia primitiua etiam in tormentis positi, gaudebant ex memoria Christi. Act. quinto. g. Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. r ¶ Exierunt enim abs te. i. à te. s ¶ Pedibus ducti. nam frequenter ducebantur ad mortem nudis pedibus vt cōdemnati. t ¶ Adducet autem illos dominus. portatos in honorē. nam animæ eorum portabantur honorificè ab angelis ad gloriam. Dicit autem: Ad te. eò quòd est vna ecclesia militans & triumphans sed in ci-

† veritas

Diuisio

† qui

† sanctę

applicem statum. s. vię & patrię: & sic de vno statu ecclesię rapti cru
Adolter, portabantur ad alium statum ecclesiæ ab angelis honorifi
ci. Potest etiam torum exponi de statu vię secundum tempora di
versa. Nam episcopi qui tempore primitiuę ecclesię, primi de ec-
clesijs ad tormenta rapiebant, modò ad su-
as ecclesias à militibus & personis notabili
bus in principio honorificè deportantur,
ideo subditur: a ¶ Constituit enim deus.
id disposuit. b ¶ Humiliare omnē mon-
tem exc. i. temporale dominium. Vnde &
Constantinus imperator exhibuit beato Syl
uestro fratoris officium. c ¶ Et rupes per
ennes. i. reges, quorū regna diu durauerūt.
d ¶ Et conualles. id est infimos homines.
e ¶ Replere in æqualitatem terræ. i. i vo-
nam ecclesiam conuenire, in qua non est ac
ceptio personarum. f ¶ Vt ambulet Is. i.
fidelis populus. g ¶ Diligenter in ho. d.
Ad hāc enim diligentiam mouere debet e-
qualitas dicta, quia magnus sicut paruus, p
ficere pōt in dei via. h ¶ Obumbra. a. syl.
angeli scīi & ecclesiæ ministri, sua pīsiden-
tia confortāt & dirigunt populū in via dei
vt sic pueniat ad lumē glorię cū iucūditate.
si subdit: i ¶ Adducet e. d. Istra. eū mise-
ricordia & iustitia, quæ semper se cōcomi-
tantur in omnibus operib⁹ dei. Cui est ho
nor & gloria in secula seculorum, Amen.

Constantinus beat Syluestri fratris.

NIC. DELY. Cap. VI.

PRopter peccata q̄ pec. Hæc est
secūda pars principalis huius li
bri, i qua ponit epistola Ieremię
ad Iudęos, q̄ captiui erāt in Ba-
bylone. cui⁹ scriptor fuit Baruch, propter
qđ adiūgit eius libro. Et diuidit in tres par
tes. nam prīò ponit captiuitatis hui⁹ causa.
secūdò, phibetur idololatria, ibi: Nūc aūt.
tertiò subdit eius multiplex ignominia, ibi:
Nam ligna. Circa primū dicit: k ¶ Propt.
p. q̄ pecca. de. i. in Ierusalem quę erat electa
ad diuinum cultum, & etiam in templo: nā
in plateis Ierusalem & in atrijs templi fue-
runt aræ edifię: vt patet. iij. Reg. & xj. Para.
l ¶ Adducemini in Baby. cap. ex quo vi
detur, qđ hæc epistola fuit scripta post trās
migrationem Ioacim & eorum qui cū eo
ducti fuerunt in Babylonem. iiij. Reg. xxiiij.
& ante captiuitatem generalem sub rege
Sedecia factam. & sic Ieremias in hac epi-
stola loquitur huic captiuitati per modum
futuri, sicut in epistola missa transmigratis
cū Ioacim. quę habet Iere. xxix. loquit p mo
dū pręteriti. verūtn hæc epistola secūda nō
fuit i Babylonē missa donec post mortē Ie-
remię Baruch illā portauit ibidē: & eā legit
trāsmigratis cū Iechonia & captiuatis cū Se
decia. m ¶ Vsq; ad gen. sep. i. vsq; ad septē
decades annorum, vt dicunt aliqui q̄ faciūt
septem ge nerationes lxx. annos. Tantū enim tēporis secundum
communiorem opinionem fluxit à trans-
migratione Ioacim vsq; ad reditū de Baby
lone. secundum tamen Hebræos deficiunt
quatuor anni vel quinque, vt infrà videbi
tur; Sed hoc dictū videtur deficere primò
in hoc quòd tempus x. annorum cō putant
pro vna generatione, quia puer. x. annorū
generare non potest secundum communē
cursum naturę. scriptura verò loquitur de
generatione secundum modum naturę cō
suetum. Secundò quia non fuerunt ibi se-
ptem decades completę, vt dictum est secū
dum computationem Hebræorum, quam
communius secutus sum. Et ideo videtur
mihi quòd tempus septem generationum
inchoandum sit à transmigratiōe Iechonię
& terminandum in reditu populi de Baby
lone facta per Esdram, vt habetur. j. Esdrę
vij. & viij. quæ facta fuit septimo anno Da
rij secundum computationem quā in prę-
cedentibus libris secutus sum tanq̄ veriorem, Dani. ix. & in prin C
cipio libri Esther. hoc autem tempus fuit centum triginta anno-
rum, vel ad minus centum viginti. nam à transmigratiōe Iecho-
niæ vsq; ad captiuitatem Sedeciæ regis fluxerunt. xj. anni, & inde
vsq; ad primū annū monarchię Cyri. lij.
& inde vsq; ad Cambysem ei⁹ filium tres
anni secundum Hebræos. secundum alios
autem historiographos. xij. post Cyrum
Cambyses regnauit. viij. annis. & post i-
psum Assuerus. xl. & post eum filius eius
Darius alio nomine Artaxerxes dictus,
vij. annis vsq; ad missionem Esdræ cum
populo in Iudæam redeuntis. Anni verò
dicti simul iuncti faciunt annos. cxx. com-
putatis tamē tribus annis monarchię Cy
ri. computatis verò xij. faciunt annos. cx-
xx. vel. cxxix. In tanto verò tempore bene
complentur septem generationes secun-
dum cursum naturæ. iuuenis enim. x. &
viij. annorū. vel. xvj. potest naturaliter ge-
nerare. n ¶ Post hoc au. edu. vos inde i
pa. cū Esdra sacerdote. o ¶ Nunc autē.
Hīc consequenter arcetur populus ab i-
dololatria, cū dicitur: Nunc autem &c.
duos aureos. Id est idola, &c. p ¶ In hu
meris sacerdotum. q ¶ Portari ostentā
tes metum gentibus. id est ad incutien-
dum eis timorem. Ad cuius intellectum
sciendum, quòd sicut. j. Reg. iiij. arca dīi
per sacerdotes fuit portata ad exercitum
ad incutiendum terrorem Philisthæis. &
sicut rege Franciæ in exercitu existente fi- Processio-
unt processiones Parisijs & alibi, in quis- nes pro sa-
bus ex deuotione portantur sanctorum lute exerci-
reliquię, vt orationibus eorum rex & su⁹ tus.
exercitus adiuuentur, & aduersarij confū
dantur: & sic pro salute regis Babylonis
idola portabantur in sacerdotum humeris, ideo subditur: r ¶ Visa itaq; turba.
Babyloniorum. s ¶ De retro & ab an- D
nam in tali deportatione aliqui præcede-
bant & aliqui sequebantur idola, sicut in
processionibus Christianorū aliqui pce-
dūt & aliqui sequūtur sanctorū corpora.
t ¶ Adorantes. deum verū. v ¶ Dicite
in cordibus vestris. si i palam dicere nō
audetis. quid dicitur propter infirmos.
x ¶ Te oportet adorari domine. & nō
idola vana. y ¶ Angelus autem meus
Vobi. est. hoc dicitur in persona domini.
Et accipitur de Exo. xxxiij. z ¶ Ipse autē
exquiram animas vestras. de manu illo
rum qui vos opprimunt iniustè. Et acci-
pitur hoc verbum domini de Genesis. ix.
a ¶ Nam lij. Hīc consequenter ponitur i- Diuisio
dololatriæ multiplex ignominia, q̄ multis
deductionibus concluditur. & patebunt
partes prosequendo. Ergo prima deduc-
tio accipit ex eorū fabricatione & orna-
mento, cū dicit: Nam ligna ipso. aliqui
dicunt lingua, eò qđ post subdit: Et non
pos. sed hoc non videt mihi verū. nā ima
gines fabricantur & formantur ore clau-
so, & sic non apparet lingua nec fit in eis.
& qa constructio planior est cū dī: Nam
li. ip. i. ligna ex quibus fiunt idola. b ¶ Po
lita. supple sunt. c ¶ A fabro. s. lignario.
d ¶ Ipsa antē inaurata & inargenta. de
super. e ¶ Falsa sunt. licet em lignū au-
rū & argentū & hmōi quæ sunt materia
idoli, sint res verè naturales, tamen quātū
ad id qđ signat idolum ex eis factum falsa
sunt. ideo dicit Apostolus. j. ad Cor. viij.
a. q̄ idolū nihil est i mūdo. p hoc etiā qđ
dī: Falsa. s. plurali patet, q̄ i principio ✠
sus nō est lingua i singulari. f ¶ Et nō p. l.
q. d. si esset veri dij, posset log. g ¶ Et si. v.
amā. sic idolis fiūt ornamēta acti diligant
talia. cū tū nihil possint diligere, ꝯ subdi-
tur: h ¶ Vnde subtrahunt sacerdotes.

si enim essent dij verè, diligentes talia non permitterẽt sibi subtrahi. a ¶ Nõ liberantur ab erugine. i. rubigine q̃ tũ ad aurum, & argentum, & alia metalla, ex quibus fiunt idola. b ¶ Et tinea. q̃tũ ad ligna ex quibus fiunt. & vestes quib⁹ operiunt, quæ à vermibus corroduntur. c ¶ Extergent faciẽ ipsorum. quia idola non possunt se extergere. Cætera patent vsque ibi: d ¶ Habet etiam. s. idolum. e ¶ In manu gladium & securim. sic enim formabatur idolum Martis, qui dicebatur deus belli. f ¶ Se autem de bello. Frequenter cm̃ in veteri testamento legit, qđ deuictis idololatris rapiebãtur à victoribus eorũ idola. Et ex prædictis cõcludit: g ¶ Vnde vo. no. sit. scilicet qđ in eis nihil est numinis, nec eis est aliqua reuerentia exhibenda. h ¶ Sicut enim. Hîc ponitur secunda deductio ad eandem cõclusionem, & accipitur ex defectu vtilitatis, cũ dicitur: Sicut &c. inutile efficit ad officiũ, ppriũ. materia tamẽ aliq̃ valet, vt fragmenta cyphi argẽtei vel aurei: similiter idola q̃diu stãt in propria forma, nihil valent: materia autem vt aurum, & argẽtum, valet ad aliquos vsus. i ¶ Et sicut. circumseptæ sunt ianuæ, ne possit exire de carcere. k ¶ Aut sicut ad sepul. adductum mor. Antiquitus enim in sepulchris potentum ponebantur pretiosa: propter quod claudebantur fortiter, & cũ diligentia, ne à latronibus extraherent. l ¶ Ita tu tan. sacerdotes ostia. templorum. m ¶ Ne a latronibus expolient. scilicet idola ab ornamentis suis pretiosis. n ¶ Lucernas accendunt. q. d. hoc fit inutilẽ & frustra. o ¶ Corda vero eorum. Aliqua enim idola erant interius terrea & exterius ærea vel huiusmodi, & sic serpentes qui terrã comedunt (Gene. iij. c. Terram comedes cunctis diebus vitę tuæ) interiora idolorum, qui erãt quasi corda ipsorum consumebant. p ¶ Nigrę fiunt facies. comburebantur enim ibi thura in venerationem idolorum, & ex fumo ascendente denigrabantur facies eorum. q ¶ Supra &c. noctuę & hirundines. suas immũditias ibidem facientes. Ex quib⁹ concluditur sicut prius. Vñ sciatis, qa non sunt dij, &cætę. ¶ Aurum etiã. Hîc consequenter ponitur tertia deductio ad idem: & incipit à deturpatione suæ speciositatis, cùm dicitur: Aurum etiam qđ habent ad speciem. id est decorem. s ¶ Nisi aliqs exter. æruginem. super excrescentẽ. t ¶ Non fulgebunt. sed magis obscura erunt. v ¶ Neque enim dum conflarentur. in fornace. x ¶ Sentiebant. quia nihil habẽt vitæ. & iõ subditur: ¶ Ex omni pretio em. &c. ostentantes. id est manifestè oñdentes. z ¶ Ignobilitatem suam hominib⁹. per hoc enim, quòd portantur, patet quòd nõ habent virtutem gressiuam. a ¶ Confundantur etiam qui colunt ea. id est debent confundi in semetipsis colentes, sicut deos talia nullam virtutem habẽtia. b ¶ Propterea si ceciderint in terrã. ex pondere materię. c ¶ A semetipsis non consurgunt. id est propria virtute non possunt surgere. d ¶ Neque si quis eum. id est idolũ.

Statuerit

tis, & meretrices ornant: & iterum cùm receperint illud à meretricibus, ornant deos suos. Hi autem non liberantur ab erugine & tinea. Opertis autem illis uestite purpurea, extergent faciem ipsorum propter puluerem domus, qui est pluri-mus inter eos. Sceptrum autem habet ut homo, sicut iudex regionis, qui in se peccãtem non interficit. Habet etiam in manu gladium & securim: se autem de bello & latronibus non liberat. Vnde uobis notum sit, quia non sunt dij: non ergo reuemini eos. Sicut enim uas hominis confractũ inutile efficitur, tales sunt & dij illorum. Cõstitutis illis in domo oculi eorum pleni sunt puluere à pedibus introeuntiũ. Et sicut alicui qui regem offendit circumseptæ sunt ianuæ, aut sicut ad sepulchrum adductum mortuũ, ita tutantur sacerdotes ostia clausuris & seris, ne à latronibus expolientur. Lucernas accendunt illis, & quidem multas: ex quibus nullam uidere possunt. Sunt autẽ sicut trabes in domo. Corda uerò eorum dicunt elingere serpentes, qui de terra sunt: dum comedunt eos, & uestimentum ipsorum, & non sentiunt. Nigræ fiunt facies eorum à fumo, qui in domo fit. Supra corpus eorum & supra caput eorum uolant noctuæ & hirũdines & aues, etiam similiter & cattę. Vnde scitis, quia non sunt dij. ne ergo timueritis eos. Aurũ etiã quod habent, ad †specimen est: nisi aliquis exterserit eruginẽ, non fulgebũt. neq; enim dum conflarẽtur, sentiebant. Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus nõ est in ipsis. † Sine pedibus in humeris portãtur, ostentãtes ignobilitatem suã hominib⁹. Confundãtur etiã qui colũt ea. Propterea si ceciderint in terrã, à semetipsis nõ cõsurgũt: neq; si quis eũ statuerit rectũ, p semetipsum stabit, sed sicut mortuis humeri eorũ illis apponẽtur. Hostias illorum uẽdunt sacerdotes ipsorũ & abutuntur, similiter & mulieres eorum decerpentes, neq; infirmo, neq; mẽdicanti aliquid impertiunt: de sacrificiis eorũ fœtę & menstruatæ contingũt. Sciẽtes itaq; ex his, quia nõ sunt dij, ne timeatis eos. Vnde enim uocãtur dij? Quia mulieres apponunt diis argenteis & aureis & ligneis, & in domibus eorum sacerdotes sedent habẽtes tunicas sciſſas, & capita, & barbam rasam, quorũ capita nuda sunt. Rugiunt autem clamãtes contra deos suos, sicut in cœna mortui. Vestimenta eorum auferũt sacerdotes, & uestiunt uxores suas & filios suos. Neq; si quid mali patiuntur ab aliquo, neq; si quid boni poterunt retribuere, neq; regem constituere possunt, neque auferre. Similiter neque diuitias dare pos-

c ¶ Statuerit rectum per semetipsum stabit. quod est minus. f ¶ Sed sicut mortuis. i. nullam virtutem habentibus. g ¶ Humeri eorum illis apponentur. id est fulcimenta alicuius quibus sustentãtur. h ¶ Hostias illorum vendũt s. nam idola comedere non possunt sibi oblata. i ¶ Et abutuntur. Id est hostiarum pretio ad illicitos vsus vtuntur. k ¶ Similiter & mulieres eorum decerpentes. id est sibi rapientes de talibus hostijs & earum pretijs. l ¶ Neque infirmo, neque &c. impertiunt. id est de huiusmodi hostijs idola indigentibus nihil largiri possunt. m ¶ De sacrificiis eorum fœtę & menstruatę. id est mulieres immũdę. n ¶ Contingunt. quod non permitterent, si essent veri dij, ideo concludit: Scientes itaque &c. o ¶ Vnde enim. Hîc consequenter ponitur quarta deductio ad eandem conclusionem, & incipit à sacerdotũ cupiditate, cùm dicitur per modum quęstionis: Vnde enim vocantur dii. id est reputantur? Et respondet dicens: p ¶ Quia mulieres. de facili decipibiles. q ¶ Ap ponunt diis argenteis & aur. oblationes & munera quæ ei H dunt in vsus sacerdotum. & sic asserunt idola deos esse propter lucrum. ideo subditur: r ¶ Et in domibus eorum. id est in delubris idolorum. s ¶ Sacerdotes sedent. id est manent, sicut Deuter. v. d. Sedistis in Cades multo tempore, id est mansistis. Sic sacerdotes in templis † Sista idolorum manebant, ad colligendum pecuniam & oblationes. t ¶ Habentes tunicas scissas & capita & barbam rasam quorum c. in signum mœroris † Scisa & tristitiæ. quasi lugerent pro expiatione peccatorum offerentium idolis. & ideo subditur: v ¶ Rugiunt autem clamantes contra deos suos. id est coram idolis, quasi satisfacientes pro offerentium peccatis. y ¶ Vestimenta eorum auferunt sacerdotes. vt mulieres decepte de nouo offerant nouas vestes & hoc ad sacerdotum lucrum. ideo subditur: z ¶ Et vestiunt vxores suas & filios suos. devestibus amotis ab idolis. Consequenter ostenditur idolorum impotentia in multis exemplis, cùm dicitur: ¶ Neque si quid mali patiuntur ab aliquo. neq; si quid boni poterunt retribuere, neque regẽ constituere possunt neque auferre. & patet littera vsq; ibi

Lapidibus

sunt, neque malum retribuere. Si quis illis uotum uouerit, & non reddiderit, neq; hoc requirūt. Hominem à morte non liberāt, neq; infirmum à potentiore eripiunt. Hominem cæcū ad uisum non restituunt, de necessitate hominem non liberabunt. Viduæ non miserebuntur, neque orphanis benefacient. Lapidibus de monte similes sunt dij illorum lignei, & lapidei, & aurei, & argentei. Qui autem colunt ea, confundentur. Quomodo ergo æstimandum est aut dicendū illos esse deos? Adhuc enim ipsis Chaldęis non honorātibus ea, qui cùm audierint mutum non posse loqui, offerunt illum ad Bel, postulantes ab eo loqui, quasi posint sentire qui non habent motū. Et ipsi cùm intellexerint, relinquent ea. sensum enim non habent ipsi dij illorum. Mulieres autem circundatę funibus in uiis sedent, succendentes ossa oliuarum. Cùm autem aliqua ex ipsis abstracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, proximæ suæ exprobrat, quòd ea non sit digna habita sicut ipsa, neque funis eius diruptus sit. Omnia autem quæ illis fiunt, falsa sunt. Quomodo æstimandum aut dicendum est illos esse deos? A fabris autem & ab aurificibus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id quod uolunt esse sacerdotes. Aurifices etiam ipsi qui ea faciunt, non sunt multi temporis. Nunquid ergo possunt ea quæ ab ipsis fabricata sunt, esse dij? Reliquerunt autem falsa, & opprobrium postea futuris. Nam cùm superuenerit illis prælium & mala, cogitāt sacerdotes posse, ubi se abscōdant cum illis. Quomodo ergo sentiri debeant quoniam dij sunt, qui nec de bello se liberant, neq; de malis se eripiūt? Nam cùm sint lignea & inaurata & inargentata, scietur postea, quia falsa sunt ab uniuersis gentibus & regibus quæ manifesta sunt: quia non sunt dij, sed opera manuum hominū, & nullum opus dei † cum illis. Vnde ergo notum est, quia non sunt dij, sed opera manuum hominum, & nullum opus dei in ipsis est. Regem regioni non suscitant, neq; pluuiam hominibus dabunt. Iudicium quoq; non discernent, neq; regiones liberabunt ab iniuria, quia nihil possunt, sicut corniculæ inter medium cæli & terræ. Etenim cùm inciderit ignis in domum deorum ligneorum & argenteorum & aureorum, sacerdotes quidem ipsorum fugient & liberabuntur: ipsi uerò sicut trabes in medio comburentur: regi autem & bello non resistent. Quomodo ergo ęstimādum est aut recipiēdum, quia dij sunt? Non à furibus neq; à latronibus se liberabūt dij lignei, & lapidei, & inaurati, & inargentati, quibus iniqui fortiores sunt. Aurum & argentum & uestimentum quo operti sunt, auferent illis & abibunt, nec sibi auxilium ferent. Itaq; melius est esse regem ostentātem uirtutem suam, aut uas in domo utile, in quo gloriabitur qui possidet illud: uel ostium in domo quod custodit quę in pace sunt, quàm falsi dij. Sol quidē & luna ac sydera, cùm sint splendida, & emissa ad utilitates, obaudiunt: similiter & fulgur cùm apparuit ad id quod repræsentant C

---

2 a ¶ Lapidibus de mō. sim. sūt. A qui inde se mouere nō pōt, neque aliquid agere. ideo concluditur i fine: Quomo. ergo æstimand. b ¶ Adhuc enī. hīc ponit deductio quinta ad idem, & incipit à Chaldæorum vilipensione, q cū esset cultores illorū idolorum: tū qū non habebant intentū, vilipēdebant ea, & hoc est qđ dicitur: Adhuc enim ip. Chal. nō honorātibus. minus enī di cendo plus significat. c ¶ Qui. s. Chaldæi. d ¶ Cum audierint mutum non posse loq. i. percipiunt, sicut Exo. xx. c. Populus videbat voces. Ibi enim accipitur videre, p audire: hīc econuerso audire, pro videre. Cognoscitur enim homo esse mutus per nutū & signa quæ facit. Potest etiam litera accipi audire propriè, quia muti aliquando proferunt voces inarticulatas enī, & sic per auditū percipitur, qđ sint muti. e ¶ Offerunt illud ad Bel. qđ est idolū Babyloniorū. Dan. xiiij. f ¶ Postulātes ab e. i. ab idolo. g ¶ Loqui. i. quòd mutus possit loqui. h ¶ Quasi possint sentire. i. postulationes eorum percipere. i ¶ Qui non ha. motum. s. dij illorum vel idola. k ¶ Et ipsi. s. Chaldęi. l ¶ Cū intellexerint. idola nihil posse ¶ Relinquent ea. ipsi vilipendendo. q. d. multò fortius filij Israel, quibus specialiter prohibita est idololatria, debent ea contemnere. n ¶ Mulieres autem. Hīc ponitur quidam luxuriæ modus, ex quo contemnenda sunt idola. Mulieres enim sunt cingebant se superius, quasi ligatæ aliquo magno crimine, sedentes in via per quā transibant homines procedentes ad idola. & quando aliquis eorum transiens trahebat vnam illarum extra viā & præscindens eius funem carnaliter cognoscebat eam, illa reputabat se liberā à crimine commissi credens quòd idolum misisset illum virum in signum liberationis suę: & rediēs ad sociam exprobrabat ei, qđ nō fuerat digna sic ab idolo visitari. & hoc est qđ dī: Mulieres au. Et patet ex dictis litera hoc excepto: o ¶ Succēdentes ossa oliua. secundum illius idoli ritum, propter qđ in fine cō cludit: Quomodo æstimandū, &c. p ¶ A fabris autem. Hīc ponitur deductio sexta quæ accipit ab idolorum impotentia: nam est se eorum ab hominibus dependet, ideo dicitur: A fabris autem & ab aurificibus facta sunt. tamē aliquid minus ipsis: quia causa effectiua potior est suo effectu. q ¶ Nihil aliud erunt, nisi id quod volunt esse sacerdotes. q formam & figuram idoli fiendi tradunt artifici. r ¶ Aurifices. non sunt multi temporis, id est expertī sapientia, iuuenes enim acutius videntes, & agilius operā tes, talia possunt melius fabricare quàm senes. s ¶ Reliquerunt autem falsa. id est artifices idolo tum reliquerunt posteris idola, quę sunt falsa: quia nihil sunt quātū ad

---

tum ad id quod repræsentant C vt dictum est supra. t ¶ Et opprobrium. quia cùm percipitur falsitas idolorum, improperatur colētibus cultus eorū. v ¶ Nā cum superuenerit illis prælium ab aduersarijs. x ¶ Cogitant. absondant cum illis, & sic confidentur facto, quòd dij eorum impotentes sunt ad saluandum. nam cū sint lignea, &c. sequit: y ¶ Scietur postea quia falsa sunt ab vni. gen. hoc videt esse prophetia de tēpore Christi, in quo per orbē deiecta fuit idola per prædicationē apostolorū & aliorū Christi discipulorū, ideo cōcluditur: vnde ergo notum, &c. z ¶ Regem r. Hīc ponitur deductio septima ad idem, & accipitur ex operibus diuinis, quæ non apparēt in idolis, sed magis cōtrarijs. ideo dicit: Regem regiōi nō suscitant. quod est proprium dei, à q̄ est omnis potestas terrena. a ¶ Neque pluuiam h. da. sicut facit deus. b ¶ Iudicium quoq; nō d. quia discretionem non habēt: & tū hoc est dei proprium, cū sit verus iudex omnium. c ¶ Quia nihil possunt sicut cor. imò minus: quia corniculæ possunt fugere periculum imminens, nō sic idola. ideo subditur: d ¶ Etenim cum inci. ignis. & patet litera, propter quod concluditur: e ¶ Quomodo ergo. q. d. nullo modo. f ¶ Non à furibus. Hīc ponitur deductio octaua, quæ accipitur ex impotentia resistendi iniurijs, cū dicitur: Non a furibus. qui alterna rapiūt i occulto. g ¶ Neque a latronibus. qui hoc faciunt in manifesto. h ¶ Se liberabunt dii lignei. ex quo patet eorum impotentia. ideo subditur: i ¶ Quibus iniqui. id est fures & latrones. † in k ¶ Fortiores sunt. furando & expoliādo idola, ideo subditur: l ¶ Aurum & argentum & vestimentum quo operti sunt. & patet. Consequēter ostendit quòd creaturę quę non reputantur dij, sunt melioris conditionis, cùm dicitur: m ¶ Itaque melius est esse regem ostentantem virtutem suam. per effectum in subditis suis. n ¶ Aut vas i domo vtile. ad aliquod opus, vt patella, cyphus, & huiusmodi. o ¶ In quo gloriabitur qui possidet illud. habēs ide aliquam vtilitatem. p ¶ Vel ostium in domo quod &c. quæ in pace sunt. id est in quiete vel in somno, quia tunc clausum est ad tutandum quiescentes. q ¶ Sol quidem & luna ac sydera. cū sint splen. suo splendore sunt hominibus vtilia. r ¶ Et emissa. à deo. s ¶ Ad vtilitates, obaudiunt, similiter & fulgur cū ap. quia suos cursus secūdū ordinationē dei p̄ficiunt, & vtilitates hoibus inde

☞ planare possumus. a ¶Et ecce ventus turbinis. Verbum Hebrꝝ רוח rucha pro qualitate locorum, vel spiritum significat. Psal.10.d. Ibi.145.a. Psal.47.b. vt: Emitte spiritum tuꝫ & cre.&c. Vel animam. vnde: Egredietur spiritus eius, & reuertetur in terram suam. Vel sicut ibi: In spiritu vehementi cōteres naues Tharsis. Qui ventum & flatum tempestatis hīc intelligunt, dicunt irā & furorem dei venire à Babylone. i. à Nabuchodonosor. & Ierusalē post sex annos visionis huius esse capiendā. Cernitur enim hæc visio quinto anno transmigrationis Ioacim regis Iudꝫ, qui & Sedeciæ regnanti in Ierusalē quinto erat: qui post sex annos. i. in vndecimo anno imperij sui vrbe capta, i Babylonē ductus est. His ergo qui habitabāt iuxta fluuiū Chobar, & sponte se tradiderāt, reuelat quòd bene fecerūt sentētiæ dei obedientes. In breui enim & Iudæa prouincia & Ierusalem est capienda. Nubes magnaqꝫ super Iudeā imbres pluuiasqꝫ deportat, & ignis inuoluēs monstrat futura supplicia & captiuitatis mala, splendor in circumitu aperta dei iudicia. Et ecce vētus turbinis. Ventus turbinis, tētatio mentis, qꝫ Iudaicū populū vndiqꝫ concussit, venit ab aquilone qui dicit: Sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis. Mons enim testamenti tenuit, cū populum qui legē acceperat, sibi subiugauit, & doctorū corda quasi montē testamēti & nubes magna, quantò enim cōtra dñm exarsit, tantò exeçari meruit. Quē enim in lege & prophetis expectabāt, videntes præsentem negabant. Et ignis, id est per ignē aliquādo spiritus sanctus, aliquando malitia designatur. Vnde: Ignem veni mittere in terram. De malo dicitur: Et nunc ignis aduersarios consumit. Iudæa verò malitiꝫ suꝫ igne seipsam implicauit. Hęc omnia ab aquilone, qa torporis sui frigore ad ignorantiꝫ caliginē perducta vsqꝫ ad malitiā persecutionis erupit. Vnde: Ollam succensam ego video: & facie eius à facie aquilonis. Hic autē ignis alibi arsit, alibi splenduit. vnde: Splendor ignis in circ.e. Dum persecutio in Iudꝫ agit, apostolorū p̄dicatio spargit in mūdo. secundū illud: Quia vos indignos iudicastis, ecce conuertimur ad gētes. De crudelitate ergo malitiꝫ quę Iudęę mentem cremauit, omnipotēs deus lumē gētibus sparsit. Ignis qui apostolos sparsit in ipso humani generis redemptore, prius se exercuit. Vnde sequit: b ¶Et de me. eii q. sp. electri. Electri spēs Christus, mediator dei & hominū signat: quia electrū ex auro est & argento. Dū autē miscet argentū, crescit in claritatē, aurū à fulgore suo palliscit: Sic dū humanitas in maiestatis gloriā excrescit, diuinitas à propriꝫ fulgoris potētia se humanis oculis tēperauit. Ita in Christo, quasi dū palliscit aurū, fulget argentū. Electrū ergo in igne, deus homo in p̄secutione. In medio eius electri. i. vel ignis. quatuor ēm aī alia. i. euāgelistę dñi incarnatione ad finē solidati sunt, & igne persecutionis afflicti. Et ecce ventus turbinis. Hiero. LXX, Spiritus auferens siue attollens. Symmachus & Theodotio. Flatus & spiritus tempestatis. Quidam, spiritum auferentem siue attollentē, spiritum sanctum intelligūt qui ab hominibus vitia auferat, tacentes attollat, & ab aquilone vento frigidissimo à quo exardescunt mala super terram recedere faciat: à cuius facie in Ieremia olla terribilis accenditur: Nubē, Christi p̄sonam, quę venit in Aegyptum huius seculi super nubem leuē. Quæ magna propriē, ad comparationē minorū. i. prophetarū, apostolorū, sanctorū omniū. de quib⁹? Veritas tua vsqꝫ ad nubes. Et: Mandabo nubibus meis, ne pluant super Israel imbrem. Et alibi: Nubes pulus pedum eius. Et: Nubes & caligo in circumitu eius. Ignem micantē & splendorem in circumitu eius. Iuxta illud: Deus noster ignis consumens est. Vnde: Ignem veni mittere in terrā, & quid volo nisi vt ardeat? Qui cùm terrorem peccatoribus inferat atqꝫ supplicia, splendore tamen rutilet, & lumine & fulgore plenus sit: ideo nos excoquēs vt puris atque purgatis tribuat lætiora. Et de medio. Hieronym. In medio ignis & tormentorum electri similitudo quod est auro vilius, & argento pretiosius, vt inter tormenta quæ patientibus videntur esse tristia & dura, pretiosior electri fulgor appareat, dum prouidentia dei omnia gubernātur quæ putatur poena, medicina est. c ¶Similitudo hominis in eis. Sancta enim hæc animalia non essent, nisi Christi similitudinem haburissent. Vnde Apostolus: Philip.3.d. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. ¶Hieroni. Vt omnia Gene.1.c. in mundo rationabilia demōstrentur. Vnde: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Imago autem & similitudo dei non est corporis forma, sed mentis ad similitudinem veræ imaginis Christi, qui est imago dei inuisibilis. Rationabiles quoque creaturæ in quatuor uersant locis, siue propter quatuor cardines mūdi, quibus orbis includitur, siue propter quatuor loca, cælestium, terrestrium, & infernorum, & supercælestium: quorum Apostolus tria ponit, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum. Et Dauid: Aquæ quæ super cælos sunt, laudant nomen domini. Et Apostolus: Alia cælestia, alia supercælestia. d ¶Quatuor facies vni. Gregorius, Quod Matthæus enim de incarnatione domini sentit, hoc idem Marcus, Lucas, Iohannes. Sic de omnibus. Hoc ergo totum in vno, quod simul in quatuor.

Col.1.b. Philip.2.b. Psal.148.a. 1.Cor.15.c.

☞ In quatuor

a ¶Nabuchodonosor. b ¶Tempestatis.

a & ecce uentus turbinis ueniebat a b

a ¶Ex quo exardescit malum super terram. b ¶Christus. Et quia prophetæ nubes, sed ista maior.

ab aquilone, & nubes magna, & c d

a ¶Deus noster ignis est. b ¶Nubem vel vtrūq; ventus inuoluens. c ¶Bonus.

ignis inuoluēs, & splendor in cir e

a ¶Alias eorum. b ¶Scilicet venti & ignis similitudo electri, quod est compositum ex auro & argento. c ¶Alias eorum.

b cumitu eius. Et de medio ei⁹ qua f

a ¶Q. Non venti vel spiritus. b ¶Gregorius. Ignis est qui credentibus lumen, incredulis supplicium.

si species electri, id est de medio g

a ¶Non natura.

ignis. Et in medio eorum simili h

a ¶Post quadriformia. b ¶Euangelistarum.

tudo quatuor animalium, & hic

a ¶Christi.

c aspectus eorū: similitudo homi i

a ¶Notitia fidei qua cognoscuntur a deo.

d nis in eis. Et quatuor facies uni, k

a ¶Quia ad diuinitatem Christi omnes simul pennæ contemplationis oculos leuant. b ¶Grossa actuum. ¶Al. rego. Quia sine operibus fides & contemplatio non valent.

& q̄tuor pēnę uni. Et pedes eorū l

a ¶Non ad prauæ dilectoni.

pedes rēcti, & planta pedis eorū m

Nicolaus de Lyra.

animalis oppositā directē aspectui propheticæ. Et dicitur pars anterior. in parte verò opposita seu posteriori facies aquilæ, & in aliis duabus partibus sibi oppositis facies leonis & facies bouis: ita quòd facies leonis erat in dextera parte respectu facici hominis, & facies bouis in sinistra. Ra. Sa. aliter exponit dicens: quòd quatuor facies vnius animalis apparebant in directo aspectu prophetæ, ita quòd facies leonis erat prima: hominis, secūda: bouis, tertia: aquilæ, quarta. Et ita intelligendum in aliis tribus partibus quadrati. Et in quolibet animali erant similiter quatuor alæ, q̄uarum erant duæ demissæ ad corpus tegendum, & duæ superius erectę ad volandum. Et per extentionem alarū erāt ista animalia adinuicē iuncta sicut homines in choreis, & in quolibet erāt q̄tuor manus simles manibus hominis, & similiter quatuor pedes, quorū tibiæ tales erant quòd flexura genu æqualiter flectebatur ad quatuor partes oppositas: & similiter plāta pedis æqualiter applicabilis procedēdo ad quatuor partes oppositas. Et sic illa animalia ꝓgredi poterāt ad quatuor partes oppositas absqꝫ corporis cōuersione, sicut si homo haberet oculos in posteriori parte capitis sicut in anteriori. Et similiter super vtranqꝫ aurē & genua æqualiter flexibilia ad partes quatuor, & plātas æqualiter applicabiles ad dictas partes posset ambulare ad quatuor partes oppositas sine corporis conuersione. ¶Sciendū etiā, quòd cuilibet faciei correspōdebat vnus pes in parte inferiori in recta linea sub facie. Alæ verò sic erāt situatę, quòd vna erat inter duas facies & econuerso. i. vna facies inter duas alas. Et huic sentētiæ potest de facili litera applicari, cū dicitur: Et vidi. Imaginaria visione & intellectuali. a ¶Et ecce ventus turbi. Qui facit reuolutiones in aēre. b ¶Veniebat ab aquilo. Secundū situm Ierusalem. c ¶Et nubes magna. Extensiuè & intensiuè. d ¶Et ignis inuoluens. Sicut apparet in coruscationibus magnis. e ¶Et splendor in circumi. ci. Sicut coruscationes emittunt splendorem. f ¶Et de medio eius quasi spec. Id est similitudo. g ¶Electri. Est autē electrū clarius relucens auro & argento. De medio enim ignis videbatur egredi talis refulgētia siue color. in Hebrꝛo habet: Quasi species חשמל chasmal. Et dicit hīc Ra. Sa. quòd ipse nescit ꝓprie quid signficet chasmal. Et ideo nescio quare Hiero. transtulit electrū. nō enim multū videt ꝓbabile, quòd melius intellexerit Hebraicū quā doctor ille. h ¶Et in me. eo. simi. qua. ani. q. d. non erāt animalia secundū veritatē, sed secundū apparentiā. i ¶Similitud. ho. Ista facies primò ponitur, quia erat in directo aspectu, ꝓphetę, nō autē alię tres secundū imaginationē Latinorū. secundū Hebræos verò oēs quatuor erāt in directo aspectu. facies ramen hominis exprimit primò, quia est facies animalis notabilioris. s. rōnalis. in eadē tamē linea facies leonis erat prima, hōis secūda, bouis tertia, aquilę quarta. k ¶Et q. s. i. vni. s. animali modo prędicto. l ¶Et pedes. eo. pe. rect. Id est non habentes aliquā extentionē extra tibiā, vt sic essent æqualiter applicabiles ad omnē partem. m ¶Et planta pedis eorū quasi planta pedis vi. Planta autem vituli licet habeat extentionē vltra tibiā in parte anteriori, tamen illa est modica. Et propter hoc dicit hīc, q̄li. qa non erat in toto similis, qa plāta aialiū hīc deseriptorū nullā habebat extētionē ad aliquā partē. & ꝓpter hoc Hebræi dicūt, quòd hæc est litera: Et planta pedis eorū quasi planta

Electri

☞ pedis totum

Gloſ. ordi. Ezechielis Cap. I. De Lyra

EA ¶ In quatuor partibus. Hiero. Quia prędicatio in orientem, occidentem, meridiem, ſeptentrionem egreſſa eſt. Quia in omnibus mundi partibus, q uid de humanitate, quid de diuinitate domini ſentiãt, monſtrant: dumq; eũ vnũ eſſe cũ patre & ſpiritu ſancto annuntiant, vbiq; penna contẽplatiõis volãt. b ¶ Iunctęq; erãt. Hier. Iuncta ſunt ſibi euãgelia & in toto orbe volitãtia huc illucq; diſcurrunt, nec ſeparantur, nec recedunt: ſed ſemper in anteriora ꝓcedunt. hoc idem de virtutibus animi, & de volaut tẽporum dicere poſſumus, & elementorum commiſtiõe, quę pręterita relinquunt, ad priora feſtinant. Qđ tẽpora labãtur, hoc breui verſiculo demõſtrat. Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. Ouidius in Metamor.

Et in carmine lyrico: Heu heu fugaces poſthume, poſthume labuntur anni. Horatius in Odis.

c ¶ Similitudo aũt. Quidã putant quatuor euãgelia horũ animaliũ nominibus deſignari. Matthęi qui hominem deſcripſit, dicens: Liber generatiõis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abrahã. Matt. 1. a.

Facies leonis eſt Marci, q ait: Vox clamantis in deſerto, parate viam domini. Mar. 1. a.

Vituli refertur ad Lucę euãgelium, qui à ſacerdotio Zacharię incipit. Luc. 1. a.

Aquilę ad Iohannem, qui ad excelſa volans, ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud deũ, &c. Ioh. 1. a.

Philoſophica ſapientia de quatuor animalibus.

Alij qui philoſopho rum ſtultam ſequunt ſapientiam, duo hemiſpheria in duobus templi cherubin nos & antipodas quaſi ſupiõs & cadentes homines ſuſpicant, pleriq; iuxta Platonẽ rationabilitatem animæ & iracundiam & concupiſcentiam, quòd ille logicon & cuſicon & epimeticõ vocat, ad hominem & leonem & vitulum referũt rationem & cogitationem & mentẽ & conſilium: eandemq; virtutem atq; ſapientiam in cerebri arce ponẽtes, ferit. i. directè ꝓcedebat

B tatem verò atque iracundiam & violentiam in leone, quæ conſiſtit in ſellæ libidinem, luxuriam, & omnium voluptatum cupidinem, in iecore, id eſt in vitulo, qui terræ operibus hæret. Quartam ſupra hæc & extra hæc tria ponunt, quam Græci vocant ſyndereſin, quæ ſcintilla conſcientiæ in Cain quoque nõ extinguitur, quaſi victi voluptatibus vel furore: & ipſa interdum rationis decepti ſimilitudine nos peccare ſentimus, quam propriè aquilæ deputant non ſe miſcentem tribus, ſed ipſa errantia corrigentem, hic eſt ſpiritus, qui interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Roma. 8. c.

Nemo enim ſcit ea, quæ hominis ſunt, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in eo. vnde Paulus: Integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine q̃re. &c. 1. Theſ. 5. d.

Hãc tñ conſcientiã, ſicut in Prouer. dicit: Impius cũ venerit in profundũ peccati, contẽnit: ſæpe ꝑcipitari videmus & ſuum locũ amittere, cũ quidam ſine pudore peccant: quibus meritò dicitur: Facies meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere, quadrigam quaſi auriga deus regit, & incompoſitis currentem gradibus ſuo parere cogit imperio. Prou. 18. a. Iere. 3. b.

¶ Hiero. Sunt qui per hoc in vno homine, qui minor mũdus dicitur, iuxta Hypocratis ſentẽtiam quatuor arbitrantur elemẽta mõſtrari, ignem. ſ. aquam, aẽrem, terram, q̃ quomodo ſibi miſceãtur, & cũ ſingula ſint, iũcta ſibi videãtur, inuicẽq; ſe tãgant, & in vna perſona animãtiũ & inanimantiũ quatuor ſpẽs habeãt ac figuras, non eſt huius operis. Hypocratis ſententia in elemẽtis in homine.

Quatuor quoq; rotas de terreni ad ſublimia cõſurgẽtes ſingulis & quadriformibus iũctas aãlibus, vel eorũdem elementorũ commiſtionẽ eſtimãt, velquatuor tẽporũ circulũ, qui ternis cõficit mẽſibus, & annus vertẽs ab eo quod ſemp vertat, & in ſe redeat vocatur. Vnde: Ver, eſtas, autũnus, hyems, & menſis, & annus. Quòd autẽ dicit: erat rota in rota, annũ in anno ſignificari putãt. Vnde alius poeta; Atq; in ſe ſua per veſtigia vertitur annus. Firmamenti etiam ſimilitudinẽ q̃ cryſtallo cõparatur, cęlũ quod ſuſpicimus, dicũt, ſub quo voluũtur & trãſeunt quatuor animãtia. Throni coloris ſapphiri, & ſedentem deſuper hominẽ ſub humana ſimſilitudine per imperiũ cuncta regẽtis & omnia ſub pedibus habẽtis. Vnde ad extremũ dicit: Hæc viſio ſimilis gloriæ dei, per quã quaſi per picturã quandã & imaginẽ, prudentiã dei aiũt demonſtrari: pedes recti & planta pedis vituli, ſiue rotunda, quod ſignificat terrena quæque ad cęleſtia ſubuolare, & omnibus angulis amputatis rotunditatem ſequi, quæ pulcherrima eſt omnium figurarum: ſcintillæ rutilãtes cuncta plena luminis indicant manus hominis ſub pennis, tam ipſius hominis, q̃ leonis, & vituli & aquilæ: vt ratio ſit: vt ratio ſcilicet cuncta ſuſtentet, & de humo ad cæliũ leuet. hoc & ad euangelia & ad cuncta quę ſuprà poſuimus, referre poſſimus. Alij dicunt quatuor perturbationes gaudij, gri udinis, cupidinis, & timoris: quorũ duo pręſentis, duo futura ſunt, per quatuor animalia ſignificari. vnde Virgil. Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudentq;. Quę regi debent ratione & potentia dei, quibus perturbationibus impoſitę ſunt quatuor virtutes, prudentia, iuſtitia, fortitudo temperantia, quarum gubernantur arbitrio. Alij putant ordinem caſtrorum duodecim tribuum deſcribi in ſolitudine ad orientem & occidentem, & ſeptentrionem, & meridiem, quę ſibi inuicẽ & charitate ſanguine ſociantur. Et hoc eſſe ro tam in rota, que ducantur à ſpiritu & nube tegantur in eremo, & columna ignis illuminentur in nocte, nec reuertantur in AEgyptum, ſed ſemper ad terram promiſſionis ire feſtinent. Hęc ſimilitudinem dicunt ſancta ſanctorum, & faciem hominis ad totum Iſrael referunt, leonis ad regalem Iudę tribũ, vituli ad ſacerdotalẽ, id eſt Leuiticam. Virgilius. Virgilius in geor. Iſaias. Ezechiel. Platonici. Deuteronomium. Matthæus. Marcus.

Vindicta dei de cęlo cuncta proſpiciens, quę parata eſt laniare pectantem. Vnde: Sicut aquila ſuper domum domini, id eſt templum, ſuper huiuſcemodi quadrigam aurigę inſtar dominus ſedet, facienda prędicit, vitanda vetat. hîc vt putant, populo dicuntur qui in Babylonia eſt, q ſi colla deo ſubmiſerit, & eius retinaculis paruerit, eius auxilio terram amiſſam recuperabit. Oſeæ. 8. Deuteronomium. Matthæus. Marcus.

d ¶ Facies hominis & facies leonis. Gregorius. Matthęus qui ait: Liber generatiõis Ieſu Chriſti. Marcus qui ſic incipit: Vox clamãtis in deſerto. Ipſe quoque Chriſtus, cuius hi ſunt membra, natus eſt vt homo, paſſus vt vitulus, reſurrexit vt leo, aſcendit vt aquila. Vnuſquiſque etiam perfectus homo eſt in ratione, vitulus in ſacrificio, leo in fortitudine, aquila in contemplatione. Quæ enim de quatuor animalibus dicuntur ad omnes perfectos reducuntur. ¶ Hiero. Facies dicit principale euangeliorum, è quibus homo & leo, ſcilicet Chriſti natiuitas & prophetia, dextras partes tenent: vituli autem, id eſt victimarum & ſacerdotij Iudæorum in ſiniſtris eſt, quod abolitum tranſit in ſacerdotium ſpirituale. de quo: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Ita duntaxat, vt omnia ſibi hęreant, vnoq; corpore cenſeantur. Aquila autem quæ & ſuper natiuitatem & prophetiã eſt, quę domini expletur a ducẽtu, & ſuper ſacerdotiũ quod pręteriit, & extra hæc omnia eſt de natiuitate referẽs ſpirituali, quomodo pater in filio, & filius in patre ſit. Vnde: Generationẽ eius quis enarrabit? Hęc ſunt iuxta Apocalypſim quatuor animalia plena oculis antè & retrò, vnum ſimile leoni, ſecundum ſimile vitulo, tertium ſimile homini, quartum aquilæ volanti. ¶ Gregorius. Homo & leo à dextris, quia Chriſti natiuitas

Pſalmo. Iſaias. Apoc. 4.

Nicolaus de Lyra.

pedis rotundi, ſicut & tibia. Et ratio huius diuerſitatis eſt, quia dictio Hebraica q̃ ponit hîc, ſ. regel רגל equiuoca eſt ad vitulum & rotundum. Hebręi ſequuntur vnam ſignificationem, & tranſlatio noſtra aliam. Hebręi tamen videntur melius dicere, quia expoſitio tranſlationis noſtrę reducitur ad dictum eorum, vt patet ꝑ prędicta. a ¶ Et ſcintillę quaſi aſ. &c. Videbantur egredi de oculis animaliũ. b ¶ Et manus hominis. Id eſt ſimiles manibus hominis. c ¶ Sub pennis eorum, quia videbantur aliquantulum progredi de ſubtus. d ¶ Iunctæq; erant pẽnæ eorum, quia extremitas vnius tangebat extremitatem alterius. e ¶ Non reuertebantur cum incederent. Licet enim incederent ad quatuor partes, vt habetur infrà: tamen hoc erat ſine conuerſione corporis: vt prędictum eſt, & iſiud vocatur hîc, non reuerti. Et ſubditur depoſitio facierum, cùm dicitur: f ¶ Facies hominis & facies leonis a dextris ipſorum &c. Quia ſecundum deſcriptionem Latinorum facies hominis erat in latere oppoſito aſpectui prophetæ. Facies autem leonis in latere dextro ipſius animalis: & facies bouis in latere ſiniſtro. Secundum verò deſcriptionem Hebræorum quatuor facies huius animalis erant in latere oppoſito

Moraliter. Actuali.

resurrectio omnium generalis est lætitia: vitul⁹ à sini-
stro, quia mors Christi apostolis tristis fuit. vnde: Vos autē cōtri-
stabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiū. A dextris enim
lætā, à sinistris habemus tristia. Sinistrum enim nobis dicim⁹, qd⁹
aduersum deputamus. Iure aquila nō iuxtà, sed sup esse describit,
quia ascensionem significat, & verbū pa-
tris diu apud patrē pnuntiat. Cū autem
quatuor sint animalia, super oīa est aqui
la: ideo Iohannes p hoc qd⁹ in principio vi
dit, etiā seipsum trāsiit. a ¶ Extentæ de.
Hiero. Suprà diximus ālā sibi esse euā-
gelia, ipa, oēsq; rōnales creaturas, & qua-
tuor virtutes, ita vt q vna caruerit, oīb⁹
careat. Qd⁹ duæ pennę extētę sunt, & in
alū se eleuāt, cęlestē prędicationē signifi-
cat, & oia ad dei tendere maiestatē. Duæ
tegūt corpora, qa humana excludit scien
tia, nec pspectus daf intuitus. vñ Apls: Ex
parte cognoscim⁹, & ex pte ppheta⁹: Cū
autem venerit qd⁹ perfectū est, euacuabit
qd⁹ ex parte est. b ¶ Duæ pē. Amor. s. &
spūs sanctorū, q̄ omne pēnatum animal
ad dei leuāt, q̄ bū iūgunt: Amāt enim q̄
sperāt, & sperant, q̄ amāt. c ¶ Et vnūq.
Hiero. Qui situā aratri tenet, nō aspiciat
retrō, nec imitetur vxorem Loth, ne per
ea sicut Eli, qui filiorū vitio deū offen-
dit. Quantò magis ergo aialia quæ sunt
plena lumine atq; pennata, quæ sequun-
tur præcedentē spūm sctm, q̄ sic p orbem
volāt, & ad excelsa se sustollunt, vt corpo
ra sua ptegāt pēnis historię, nec nobis as-
pectum tribuāt plenioré. Qd⁹ sedò dicit
nō reuertebātur cū incederēt, vt riusq; te
stamēti significat mysteriū, qd⁹. s. in qua-
tuor animalib⁹ & lex euangeliū ad futura
festinet, & nūq; retrō moueat. d ¶ Ignis.
Deū: Sanctificabit eos in igne ardēte. Et
psal. Cadēt sup eos carbones ignis. Et ali
bi: Cū carbonib⁹ desolatorijs. Et ī alio lo
co habet: Carbones ignis, sedebis sup eo-
os, hi erūt tibi in adiutorium. e ¶ Et de
igne ful. Quācūq; creaturā aspicim⁹, dei
notiā † fulgurat, dū in creaturis se crea
tor manifestat. f ¶ Et anim. Sicut ęther
crebris ignib⁹ micat, & in ictu oculi atq;
momento discurrunt & reuertunt fulgu
ra, nec amittūt matricē, & quasi fontē i-
gnis atq; materiā, ita hęc aialia cū inoffen
so pede pgūt, ad ppria festināt. Si autem
conatui suo aliqd⁹ oppositū viderint, nō
tā reuertūtur, q̄ sese sursū extēdēdo cōtra
hunt lumē præbitura, qd⁹ parū absōde-
rāt, vt cōferuis cibaria in tempore tribu-
ant: ne sanctū canib⁹, nec margaritas dēt
porcis. vii: Lac potū dedi vobis, nō escā.
g ¶ Cūq; aspi. Hiero. Hucusq; quatuor
animalia, q̄ quatuor facies habent, descri-
pta sunt: q̄ sequunt spūm & nubē q̄ erat in
medio ips: nunc p singula animalia sin-
gulæ ponuntur rotę, & nō cōtūctę aialis
bus q̄ sequebātur ea, sed vna rota appa-
ruit super terrā, q̄ diuisa per quatuor tot
habebat facies quot animalia sequeban-
tur: tātaq; similitudo erat rotarū q̄tuor
sequentiū quatuor animaliū: vt vna rota
verisimē crederē. h ¶ Apparuit r. v.
Gregor. Sancta scriptura, quæ ad audi-
tores omni parte voluitur inter prospera
quia antiquo populo solummodo vet⁹ testamentum datum est:
quod ad eruiendam illius ignorantiam, quasi rota volueretur.
i ¶ Super ter. Gregor. Cui scilicet dictum est: Terra es, & in ter-
ram ibis. Omnipotens enim deus super corda peccantium legem
posuit. k ¶ Visio. LXX. tharsis, Aquila hiacynthi, qui cęli ha-
bet similitudinē. l ¶ Et v. si. Quod prædicat lex, hoc eriā ppheta
annūtat, hoc exhibet euangeliū, hoc & apls pdicāt p mūdū: Diui-
na cūm eloquia, & si temporib⁹ disiuncta sunt, sensibus sunt vnita.
m ¶ Rota in medio rotæ. Hiero. Quia omnia cęlestia & terre-
stria, & quicquid sub humanā cadit intelligentiā, suis rotis voluit,
solis annuum circulū p singulos mēses luna decurrit. Lucifer, q̄ &
vesper dum

¶ Lucas qui ait: Fuit sacerdos quidam &c.

bouis à sinistris ipsorum quatu-
a ¶ Iohannes qui ait: In principio erat verbum.
¶ Quæ enim de quatuor animalibus, dicuntur ad
omnes perfectos reducuntur.
or: & facies aquilæ desuper ipso- a
a ¶ Grego. Quia inuentio & contemplatio sanctorū
super se tendit, vt bonum cælestē possit asse-
qui.
rum quatuor: & faciēs eorum & b
pennæ eorum extentæ desuper. c
¶ Extentæ. s.
b Duæ pennæ singulorum iunge- c
a ¶ Grego. Timor & pœnitentia quæ ab omnipo-
tentis dei oculis mala præterita abscondunt.
c bantur: & duæ tegebant corpo- d
ra eorum. Et unumquodq; eorū e
a ¶ Semper ibi præsens, semper diligendus, quid
boni quid mali, in quo creatum quo deseruit.
cōrā facie sua ambulabat. † Vbi f
a ¶ Grego. In malis est impetus carnis.
b ¶ Spiritum sequentes. ¶ Qui ad charita-
tem incedunt & alias virtutes.
erat impētus spiritus, illuc grā- b
a ¶ Ad mala: Qui enim perseuerauerit vsq; in fi
nem, hic saluus erit.
diebantur, nec reuertēbātur cùm g
¶ Ad bona.
ambularent. Et similitudo ani- h
malium, & aspectus eorum, qua i
¶ Si carbonem tetigeris, accenderis, & eum
sanctis sanctus eris.
si carbonum ignis ardentium, &
¶ Grego. Opinionem bonam ad lumen aliorū
longe lateq; spargunt.
quasi aspectus lampadarum.
a ¶ Id est si euangelia sibi collidis, in medio li
terę vitia huiusmodi spiritus sancti sacramenta
videbis.
Hæc erat uisio discurrens in mē- k
a ¶ De quo: Igoem veni mittere in terram.
d dio animalium splēdor ignis: & l
a ¶ Splendor sanctorum.
e de igne fulgur egrediens. Et ani- l
a ¶ Grego. In contemplationem.
b ¶ Non ibi diu esse valentes. ¶ Ad actionem.
malia ibant, & reuertebātur in si- m
a ¶ Quia per eos ad contemplationem aliena
dentra cælestis lumen nobis aspergitur.
militūdinem fulguris coruscan- n
tis. Cumq; aspicerem animalia, o
b apparuit rota una super terram p
iuxta animalia habens quatuor q
k facies. Et aspectus rotarum & o- r
a ¶ Quia in scripturis magna volumina sentiarū
sunt, & continentur sacramento baptismi.
pus earum † quasi uisiō maris, s
l & una similitudo ipsarum qua- t
tuor, & aspectus earum & ope- r
a ¶ Vnum votum rotam credetes, sed alterum
alteri copulatam.
m ra, quāsi sit rota in medio rotæ.

opposito aspectui prophetæ: sic
tamen quòd facies leonis erat prima, ho-
minis secunda, bouis tertia, vt dictum
est, & sic facies hominis habebat, ad dexterā
suam faciem leonis, & ad sinistram faciem
bouis. a ¶ Et facies aquilæ desuper ipso
rum quatuor. Quia secundum descriptio
nem Latinorum facies aquilæ erat in parte
posteriori. Quia tamen aquila habet col-
lum longum, facies aquilæ eleuabatur su-
per alias tres. Secundum Hebræos verò
non plus eleuabatur quàm aliæ. vnde & in
Hebræo sic habetur: Et facies aquilæ in ip-
sis quatuor vel ad ipsam quatuor, id est
existens in eadem linea cum alijs tribus, ta-
men vltima. b ¶ Et facies eorum &
pennæ eorum extentæ desuper. Quia fa-
cies videbantur respicere superiora, & pen
næ extentæ ad volandum similiter exten-
debantur versus superiora. c ¶ Duæ pen- † Quodcū
næ singulorum iungeban. in extremita- que propel
tibus, vt prædictū est. d ¶ Et duæ te. cor- lebat eos
pora eorum. Et istæ non erant extentæ ad ventus
volandum, sed demisſę inferius ad tegendū
corpus. e ¶ Et vnumquodque eorum
coram facie sua ambulabat. id est sine cō
uersione corporis modo pdicto. f ¶ Vbi
erat impetus spiritus. id est venti turbinis
supradicti. g ¶ Nec reuertebantur. id
est corpora eorum non conuertebantur.
h ¶ Cum ambularent. ad partes oppo
sitas, non simul sed successiuè. i ¶ Et si
militudo animalium, & aspectꝰ eorum.
Id est corpora animalium videbantur ful-
gentia sicut ignis & lampades accensæ.
k ¶ Hæc erat visio discurrēs. quia ignis
& fulgur videbantur progredi ab eis.
l ¶ Et animalia ibant & reuertebantur.
quia ad partes oppositas poterant ire. &
hoc vocatur hîc reuerti: hoc tamē erat sine
corporis conuersione, vt dictum est.
m ¶ In similitu dinem fulgur coruscan.
quia incessus eorum videbatur valde ve-
lox & terribilis. n ¶ Cumque aspicerem
animalia. Hîc consequenter ponitur de
scriptio rotarum, de quibus dicunt aliqui,
qd⁹ ibi tantùm erat vna rota sicut & vnum
animal secundum eos. Dicuntur tamen ro
tæ in plurali propter quatuor facies. sicut
& vnum animal dicitur plura, propē qua-
tuor animalis facies: erat enim hęc rota cō
posita ex duobus circulis per omnia æqua-
libus, intersecantibus se inuicem in duo-
bus punctis oppositis ad angulos rectos Nota
sphærales, sicut duo coluri in sphęra mate-
riali. & sic erant ibi quatuor semicirculi per
omnia similes & æquales, qui dicuntur hîc
rotę facies. Sciendum etiam quod quando
cunque stabat rota, tangebat terram in alte
ro punctorum intersectionis, & sic æquali-
ter erat mobilis ad quatuor partes oppo-
sitas secundum quatuor rotæ facies. & hoc
sine conuersione corporis rotæ, sicut di-
ctū est de tibijs & pedibus animaliū. Et qd⁹ dictū est de vna rota,
intelligendū est de alijs tribus, sicut dictum est de quatuor anima-
libus. Hoc viso, de facili applicatur litera, cùm dicitur:
Gumq; aspicerem animalia. o ¶ Apparuit rota vna super
terram iuxta animalia. composita tamen ex duobus circulis.
p ¶ Habens quatuor facies. id est quatuor semicirculos.
q ¶ Et aspectus rotarum. i. talis coloris, sicut videtur mare quan
do est quietum. In Hebræo habetur: Sicut viso tharsis, id est la-
pidis pretiosi sic nominati, vt dicit Rab. Sa. tamen non dicit qua-
lis sit ille lapis aut cuius virtutis. r ¶ Et aspectus earum
& opera, quasi sit rota in medio rotæ. id est vna transiens per
mediū alterꝰ intersecando se inuicē ad angulos rectos sphęraler.

& arborum herbarumq; varietates p qua
E tuor tempora rotis currunt suis, nihil a-
Eccle. 1. a. spicimus quod antè nō fuerit. Gyro gyrā
do vadit spiritus, & in circulos suos reuer
titur. Omnia flumina currunt in mare, nec
implerur, quia ad fontes suos de matrice
abysso reuertuntur. Euāgeliorum autem,
id est quatuor animalium quæ spirant, vi-
uunt, intelligunt cursu breui mundus ser
mone apostolico completus est. Rota au-
tem in rota, vel iunctura duorum testamē
Gene. 28. c. torum est: quod indicat scala Iacob & for
Isa 4. b. ceps Isaiæ, & gladius bis acutus, vel euan-
Apoc. 1. b. gelia sibi cohærentia: quorum cursus & sta
tura tendit ad cælum. ¶ Rota in rota.
Moraliter Gregor. Nouum testamentum in veteri.
Gene. 2. d. Quid ē em̄ qd' Adā dormiēte Eua forma
tur, nisi qd' Christo moriente ecclesia for-
matur, & multa hmōi. ¶ Vetus testamen
tū nō sine mutatione p̄m ansit, dū spūalis
intelligētia latuit, qd' cùm redemptor ve-
nit spūaliter fecit intelligi. Testamentū ve-
rò nouū etiā p' veteris testamenti paginas
æternum dicitur, quia illius intellectus nū
quā mutatur. a ¶ Statura quoq;. Statu-
ra in rectitudine p̄ceptionis, est altitudo
in celsitudine promissionis, horror nimi⁹
in terrore supplicij. b ¶ Et totum corp⁹
plenum oc. Quia sanctorum actio omni
parte circumspecta est. Et totum corpus,
Argi fabu- Qualem Argum describunt fabulę poëta
la rum; quem Iuno ob negligentem custo-
diam in pauonem vertit, vt quod est mi
raculum conditoris dei, hoc esset condem
Moraliter natio multi adulterij. ¶ Grego. Nihil
enim in euangelijs quod nō luceat, & splē
dore suo mundū illuminet: vt quæ parua
putantur & vilia, spiritus sancti fulgeant
maiestate. c ¶ Spiritus enim vitę. Quia
F per sacra eloquia & dona spiritus viuifica
mur, vt à nobis mortifera opera repella-
mus. d ¶ Quia spiritus vitę erat. Hoc se
cūd ò dicit, ne aliquod vas arbitremur ro
tarum, quas in carpentis plaustrorum rhę
darūq; & curruum aspicimus, sed animan
1. Cor. 2. d. tia, imò superanimantia, quia animalis ho
mo non percipit ea quæ sunt spiritus dei.
e ¶ Firmamenti. Grego. Cęlestium po
testatum quæ prius per liberum arbitri-
um quasi aqua in quamlibet partem pote
rant labi, sed alijs cadentibus: quia persti-
terunt quasi de aqua crystallus sunt, quia
iam omnino confirmati sunt, nec mutari
Crystallū † extenta erat possunt. f ¶ Crystalli. Hiero. Quod pu-
rissimum est: & ex aquis mundis atque lu-
centibus nimio frigore concrescere dicit
ītātum, vt etiam gelu constricto aqua Grę
co nomine crystallus nominetur. Est enim
in superioribus eximia puritas, quę omnia
protegat, id est rationales sapientesq; vir-
tutes, & quatuor temporū cursum, & mū
di plagas, & rerum omnem ordinem: & e-
uangelicam prædicationem, q̄ ex parte in
telligit, & ex parte velatur. g ¶ Alteri. ad
a. Hier. In Heb. mulieris ad sororē suā. vir
duabus alis velabat corpus suum, & vir
velabatur similit. Ideo autem posti mulie-
rem virum posuit in eadem persona, ne se
xum in cęlestibus putarem⁹. h ¶ Vnum-
quodque. Grego. Hīc indicatur quia pē
nas alter ad alterum tendebant, & duabus
alis corpus proprium velabant, quia sic
debemus virtutes quas accepim⁹, alijs im-
pendere, vt peccata nostra non delinamus
caute cogitare, & quotidie per timorem
& pœnitentiam plāgere: his enim alis cor-
pus velatur. i ¶ Quasi sonum sublimis.
LXX., vocem verbi, vt scilicet vniuersa
quæ prædicantur in mundo, per vocem
filij dei esse credantur. k ¶ Vt sonus
castrorum

a ¶ Per prædicationem.
¶ Greg. Ad mentes hominum.
Per quatuor partes earum eūn- a
a ¶ Quia sequūtur animalia, quæ semper ad
priora tendunt.
¶ Grego. Quia in nouo testamento vetus spi
ritualiter semper tenetur.
tes ibant, & non reuertebantur, b
¶ Scriptura, scilicet quæ bene operanti con
gruit. vnde: Qui stat, videat ne cadat.
a cùm ambularent. † Statura quo- c
a ¶ Cęlestis regni promissio.
que erat rotis, & altitudo, & d e
a ¶ Præ magnitudine.
¶ Terror gehennæ.
b horribilis aspectus, & † totū cor f
pus plenum oculis in circumitu g
a ¶ Vel horum animalium per quæ perfecti desi-
gnantur. ¶ Alias ipsorum. b ¶ In scri
ptura. ¶ Intelligentes, scilicet sancti quo mo
raliter viuant.
ipsarum quatuor. Cumq; am- h
a ¶ Grego. His quorum vna erat prædicatio,
vna erat & requies & cursus & elocutio.
bularent animalia, ambulabant
pariter & rotæ iuxta ea: & cùm i
a ¶ Grego. In contemplationem.
b ¶ Omnia communiter & concorditer.
eleuarentur animalia de terra,
a ¶ Quia quantum quisque ex scriptura proficit,
tantum & ipsa proficit apud ipsum.
b ¶ Grego. Cum intelligentiæ.
c ¶ Scripturæ.
eleuabantur simul & rotę. Quo- k
a ¶ Præcedens vel impellens. ¶ Greg. Legenti.
b ¶ Quem medias intermissis rotæ sequebantu
tur: sequentes animalia ad spiritum sanctum
tendunt.
cunque ibat spiritus, illuc eunte
a ¶ Cum ascendente ascendentes.
spiritu, & rotæ pariter leuaban-
a ¶ Animalia. ¶ Propria enim voluntate spiri-
tus vitæ erat in rotis. ¶ Siue moralem histo
riæ sensum quærat siue spiritualem.
c tur sequentes eum. † Spiritus e- l
nim uitæ erat in rotis. Cum eun-
tibus ibant, & cum stantibus sta
bant, & cum eleuatis à terra pa-
riter eleuabantur, & rotæ se-
a ¶ Animalia.
d quentes eā, quia spiritus uitæ
erat in rotis. Et similitudo su- m
e per capita animalium † firma- n
f menti quasi aspectus crystalli o
a ¶ Greg. Nobis in hac corruptione positis.
b ¶ Quia quamuis perfecti, mortali carne gra
uati beatitudinem angelorum intelligere
non possunt.
horribilis, & † extenti super ca- p
pita eorum desuper. Sub firma- q
a ¶ Vt bonum quod alter habet impendat alteri
aliter non sunt rec. pen.
mento autem pennæ eorum re- r
g h ctę alterius ad alterum. Vnum- q
a ¶ Charitate dei & proximi. b ¶ Per alas vir
tutes, per corpus actio signatur.
c ¶ Versus pedes.
quodq; duabus alis uelabat cor-
a ¶ Grego. Suat enim duo genera hominum,
alterum perfectiorum, alterum parvulorum.
pus suum, & alterum similiter
a ¶ Grego. Quod prius in paucis proficiente
prædicatione fit in multis.
b ¶ Procedit proficiendo.
uelabatur. Et audiebam sonum s
a ¶ Simile in Apocalypsi. b ¶ Aquæ multæ po
puli multi.
alarū quasi sonum aquarū multa t
a ¶ Quia in sanctis hoc facit.
i rum, & quasi sonū † sublimis dei. u
a ¶ Prædicā do. quia cōuersi statim in laudē dei erūpūt.
Cùm ambularēt, quasi sonus erat v
k multitudinis, ut son⁹ castrorum.

castrorum. Quia contra p̄dicatores ma- G
ligni spiritus & persecutores insurgunt.
Cumq; starent

Nicolaus de Lyra.

a ¶ Per quatuor partes earum e- † Dixi
untes ibant. Quia sicut dictum est, stabāt
in punctis intersectionum, & sic æqualiter
poterant reuolui ad quatuor partes: non
tamen simul, sed successiue. b ¶ Et nō re- † dorsa
uertebantur cum ambularēt. id est sine rū plena
conuersione corporis totius rotæ poterāt rat ocu
ad partes oppositas ambulare, sicut & ani
malia. Ad aliquem locum, & cæ. Totus ite
versus non est in Hebræo, nec in libris cor
rectis, sed immediatè subditur: c ¶ Sta
tura quoque erat rotis. id est magnitu-
do. d ¶ Et altitudo. scilicet magna.
e ¶ Et horribilis aspectus. propter ma
gnitudinem & morum earum velocem.
f ¶ Et totum corpus. scilicet cuiusli-
bet rotæ. g ¶ Plenum oculis in cir
cumitu ipsarum. id est picturis ad mo-
dum oculorum factis, sicut est in cauda pa
uonis. h ¶ Cumq; ambularent ani-
malia, ad quamcunque partem, ambula-
bant pariter & rotæ. i ¶ Et cum eleua
rentur animalia de terra. per volatum
alarum. k ¶ Eleuabantur simul & ro
tæ quocunque ibat spiritus. Id est ven
tus turbinis supradictus. Vel per spiritum
intelligitur hīc spiritus viuificans illas ro
tas, ideo subditur: l ¶ Spiritus enim H
vitæ erat in rotis. Quasi diceret, nō mouē
bantur per exteriorem impulsum seu tra
ctum, sed per spiritum intrinsecum viuifi
cantem. Cætera patent ex dictis. m ¶ Et Dixio
similitudo super capita. Hīc consequen- † Volum
ter describitur visio quantùm ad illud qđ em ama
erat super caput animalium: Et primùm in
quod erat ibi, erat quædam similitudo fir
mamēti seu cæli stellati: & supra firmamē
tum videbatur thronus sapphirinus, & su
pra thronum effigies hominis sedentis: ad
cuius nutum & præceptum animalia & ro
tæ mouebantur. Et hoc est quod dicitur:
Et similitudo super capita animalium † firmamenti. cuius color describitur cùm firmam
subditur: n ¶ Quasi aspectus cry- a, quasi
stalli horribilis. Id est venerabilis, eo mo crys.
do quo dicitur, Genesis vicesimo octauo
d. Quàm terribilis est locus iste: non est
hīc aliud, nisi domus dei & porta cęli. He
bræi dicunt hīc: Quasi aspectus glacici
fortis, loco cuius translator posuit crystal
li horribilis, quia crystallus est glacies in
durata per plures annos. o ¶ Et ex-
tenti super capita eorum desuper illa.
Crystallus videbatur extendi super capi-
ca animalium, sicut extensio firmamenti.
p ¶ Sub firmamento autem pennæ
eorum erectæ. id est sursum erectæ.
q ¶ Alterius ad alterum. Quia tange-
bant se in extremitatibus, vt expositum est
suprà. r ¶ Et audiebam sonum a-
larum. quando mouebantur per vola-
tum. s ¶ Quasi sonum aquarum
multarum. Id est magnum & fortem.
t ¶ Quasi sonum sublimis dei. Id est
sicut sonum tonitrui, qui dicitur son⁹ dei,
quia ab eo factus. v ¶ Cum ambu- † omitte
larent, Quasi. Sonus erat multitudinis tenus
non cuiuscunque, sed vt sonus multitudi-
nis castrorū vbi quando incedunt, à longe
audit son⁹ magn⁹ & terribilis ex iectu tur
barū, hinnitu equorū, & collisiōe armorū.
Cumq;

a ¶Cumq; starent. Vocem enim omnipotentis in cælestibus A resonantem ferre non poterant. Stabāt ergo, & cū silētio admirabantur dei potētiam, q̄ sedebat sup firmamētū, qd' his q deorsum crystallo simile, & his qui supra, instar lapidis sapphiri: qa omnia in similitudine, non in veritate monstrant. ¶ Greg. Qui aliquo modo scientia volare credebamur, ad vocem desuper venientem alas subnitamur, dum inuisibilem sup nos naturam, & impenetrabilia eius iudicia perpendimus. ¶ Greg. Notādus ergo, q̄d sup aialia firmamētū sup firmamētū thronus, sup thronū homo, quia super sanctos adhuc in hac carne viuentes, angeli super eos Christus. b ¶Quasi aspectus lapis. Grego. qui aērij coloris: huic virtutes cęlestium comparantur, quia spiritus quibus deus omnipotens altius præsidet, superioris loci in cęlestibus dignitatem tenent. Quasi aspectus lapidis. Hiero. Sicut in crystallo pulchra quęq; atque lucentia in cælestibus, quæ nostrū obscuratum cor perluminent monstrantur, sic i sapphiro, id est throno dei, & super firmamentum, quod cælum est, absconditi atq; secreta incōprehēsibilis dei qui posuit tenebras latibulum suum & in nube videtur & caligine. vnde in Exo. Et sub pedibus dei erat quasi opus lapidis sapphirini. c ¶Similitudo throni. Grego. Throni, angelicę virtutes, quæ ipsos angelos loci dignitate transcendunt. Cùm enim angeli nuntij dicātur, & sępe angeli ad nūtianda quæda hominib⁹ veniant, throni nisi ad ministeriū nūtij nusquā leguntur. d ¶Hominis desuper. Hiero. id est dei patris. vnde: Homo quidam plantauit vineam, &cæt. Et alibi: Homo quidam fecit nuptias filio suo, non quòd filius excludatur à regno, de quo Isa. Vidi dominum sedentem super solium excelsum. Vnde Iohannes: Hoc, inquit, dixit Isaias, quādo vidit gloriam filij dei, sed in patre regnat filius. omnia enim patris filij sunt, qui est imago dei patris inuisibilis. e ¶Quasi speciem electri. Grego. In electro aurum argentūq; miscetur. & per argentum auri claritas temperatur: & per auri claritatem species clarescit argenti. Sic in redemptore nostro diuinitas per humanitatem nostris oculis temperatur, & per diuinitatem natura clarescit humana. f ¶Ignis intrinsecus. Gregor. Ante incarnationem ignis est in Iudea tantùm intrinsecus, & non splendet, quia spiritussanctus in multis partibus Iudææ repleuerat, sed nō ad notitiam gentium perueniebat. A lūbis verò & deorsum ignis in circumitu splendet, quia post incarnationem ibę latet; spiritussancti gra diffusa est. ¶Hiero. Qui sedebat in throno à lūbis & suprà, electro comparatur, quod intrinsecus & extrinsecus, qua ignis habebat aspectum à lumbis, & infrà ignis resplendens in circumitu morum. Quę enim supra lumbos sunt vbi sensus & ratio versatur, nō indigent igne & flammis, sed pretiosissimo metallo & purissimo, quæ à lumbis deorsum, vbi coitus & generatio: vbi incentiua vitiorum indigent purgatione flāmarum, vt purgata habeant arcus similitudinem, quæ vulgò dicitur iris. g. ¶A lumbis eius. Grego Per lumbos propago mortalitatis signatur. De lumbis Abrahæ virgo Maria, in cuius vtero dei filius incarnatus. vnde in vniuerso mundo innotuit deus. ¶Grego. Vnus est homo qui super lumbos ardens intrinsecus, angelos amorem suum per diuinitatem tenuit, & sub lumbis inferi⁹ ignis sui splendorem in circumitu emittens, homines ad sancti ardoris sui desiderium per humanitatem reuocauit. h ¶Vidi quasi speciem ignis splendentis. Grego. Vna est similitudo ignis & arcꝰ. In igne enim ardor spiritussancti, qui in arcu quoq; signatur, in quo aqua & ignis apparet: & post mediatoris aduentum eo virt⁹ spiritussancti spiritussancti in humano genere claruit, quo & aqua baptismi electos dei lauit, & igne diuini amoris accendit. Quasi enim à misso colore simul aquæ & ignis quidam arcus in nube ad propitiationem ponitur cùm dicitur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest intrare regnum dei. i ¶Velut aspectum arcus cum fuerit in nube i die. Arcus vtriusque iudicij testis est. Ceruleus enim in colore, aquę iudicium factum rubicundus in colore ignis significat faciendum, quia mundus iudicij igne cremabitur, qui prius diluuio iudicatus. ¶Hiero. Aliter enim esse nō potest. Vnde pocta: Mille rapit varios aduersa luce colores. Hic arcus signum est clementiæ & testamenti dei, quod fecit hominibus, vt quando in nube apparuerit, sciamus nos non amplius perituros esse in diluuio. Vnde patet post pœnas atq; supplicia & purgationem peccatorum futuram misericordiam dei: sed his qui deum meruerunt videre regnantem. vnde sequitur: Hic erat aspectus splendoris pgyrum. throni scilicet vel dei, vel omnium quę visa sunt. k ¶In die pluuiæ. Gregor. Cùm prædicatio scilicet effunditur vt ad veniam credentes domino paccente reuocentur.

a ¶Quæ dei sunt contemplando. ¶Prædicando.
b ¶Suæ eis virtutes vilescunt.

[a] Cumq; starent, demittebantur pennæ [a]
a ¶Sonas intelligentiæ. b ¶Beatitudinis, angelorum altitudinem transcendens, i pius. f. creatoris naturam cognans.
eorum. Nam cùm fieret uox super firma- [b]
a ¶Animalium.
mentum, quod erat super caput eorum,
a ¶In contemplatione. b ¶Pro nihilo reputantes suas virtutes.
[b] stabāt, & submittebāt alas suas. Et sup firmamentū quod erat imminens capiti eorū, quasi aspectus lapidis sapphiri, simili- [b c]
a ¶Grego. In quo sedebat quasi homo.
tudo throni, & super similitudinem throni ¶Grego. Gloria nostri redemptoris.
similitudo quasi aspectus hominis desuper. Et uidi † quasi speciem electri, ue- [d e]
¶Qui est ardor spiritussancti ¶Tantum.
lut aspectum ignis intrinsecus per circum- [f]
¶Grego. Ante incarnationem. f.
itum eius, à lumbis eius & desuper: & à [d e]
¶Grego. Post incarnationem. f.
lumbis eius usque deorsum, uidi quasi [g]
a ¶Grego. Claritatem spiritussancti quasi in toto mundo.
b ¶Non modo terrarescat. c ¶Mundi.
speciem ignis splendentis in circumitu, [h]
a ¶Id est post terrorem misericordiæ signum. b ¶In quo fœdus dei cum hominibus ne vltra mundus diluuio perdatur.
uelut aspectum arcus, cùm fuerit in nu- [i]
¶Incarnatione. a ¶Secundum ea quæ agit spiritus in mundo quę videri possunt.
be in die pluuiæ. Hic erat aspectus splendoris per gyrum.
¶Grego. Mundi.

Nicolaus de Lyra.

a ¶Cumq; starent, dimittebātur pennę eorum. Id est illæ pennæ quæ sursum erigebantur, ad volādū demittebātur, sicut & pennę auium, quando cessant à volatu. b ¶Nam cum fieret vox super firmamentū. Id est præceptum sedentis in throno super firmamentum: ad cuius nutū stabant & volabant, vt dictum est. Consequenter proceditur ad descriptionem throni & sedentis super eū cùm dicitur: Et super firmamentū quod erat super. Et patet sententia ex prędictis vsq; ibi: c ¶Et vidi q. speciem electri. id est species illi⁹ hominis videbatur de electro, vel talis coloris sicut est color electri: tamen differēter in parte superiori scilicet à lumbis eius & sursum: & in parte inferiori. s. à lumbis & deorsum: quia in parte superiori erat similis electro ignito: retinenti tamen fulgorem suum intra se. Ideo subditur: Velut aspectum ignis intrinsecus per circumitum eius. d ¶A lumbis eius & desuper. In parte verò inferiori erat similis electro ignito fulgorem suum emittenti extrinsecus. ideo subditur: e ¶Et a lumbis eius vsque deorsum vidi quasi speciem ignis. id est electri igniti. f ¶Splendentis. id est splendorem emittentis. g ¶Velut aspectum arcꝰ. id est viridis, qui est splendidus. ¶Ad facilius capiendum prædictam visionem imaginariam posui figuras prædictorum secundum descriptionem Latinorū & etiam Hebræorum, quantùm ad hoc quòd eorum descriptio differt à Latinis, scilicet in descriptione animalium tantùm quantùm ad descriptionem facierum: in alijs autem est cadē. ¶Sciendum tamen, quòd prędicta non possunt sufficienter in plano describi: sed oportet per imaginationem inspicientis multa suppleri.



¶Ad intellectum visionis prædictę considerandum, quòd sicut dicit Hieron. in prologo: Iudæi qui cum Ioachin ducti fuerant in Babylonem, de hoc pœnitebant, quòd se reddiderant regi Babylonis: quia videbant adhuc stare Ierusalem, quam Ieremias denunciauerat destruendam, & melius fore remanentibus in Ierusalem quàm transmigratis in Babylonem, vt habetur Ieremię vicesimo quarto. Et ideo quinto anno à transmigratione Ioachin dominꝰ dedit Ezechieli spiritum prophetiæ, ad consolationem tamen captiuorum, denuntians mala de propinquo ventura in Ierusalem

E & multò maiora q̄ſuſtinerent in Babylone. Per ventum igitur turbinis & nubem venientem ab aquilone, intelligitur exercitus Chaldæorum, qui per illam partē intrauit Iudæam, vt frequenter dictum eſt ſuprà in Iſaia & Ieremia. Per ignem inuoluentem intelligitur incendium ciuitatis & templi futurum. Per quaternarium autem animalium, facierum & rotarū, intelligitur quaternarius numerus regnorum magnorum ſibi ſuccedentium. ſ. Chaldæorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum, quę etiā regna infeſtauerunt populū Iudæorū. Nec mirum, q̄ tālē numerus pluribus ſimilitudinibus figuratur, quia Gen. xl. ſeptē anni fertilitatis & ſeptē fames, duplici ſimilitudine figurātur. ſ. p ſpicas plenas & ſteriles, & per boues pingues & macilentos. In ſpeciali verò p faciem leonis, quę prima eſt ſecundū deſcriptionem Hebrǫrum, intelligitur regnum Chaldæorū ſeu Babyloniorū, quod fuit primum inter iſta quatuor. vnde & rex Babylonis frequēter vocatur leo in ſcripturis. vnde Iere. iiij. b. Aſcendit leo de cubili ſuo, &c. Et ſecundū aliquos habebat imaginē leonis in vexillo ſuo. Per faciem hominis intelligitur regnum Perſarū & Mœdorū, quod ſucceſſit regno Chaldæorū. Dan. v. quia iſtud regnū humanius tractauit populū Iudæorum q̄ alia, vnde & Cyrus dedit eis licētiā redeūdi in Iudæā. Per faciem bouis regnū Græcorum, quia ſicut bos impellit cornibus, ſic regnū Græcorū moleſtauit populū Iudǫrū, & maximè tēpore Antiochi illuſtris, vt patet. j. & .n. Mach. vnde & Dan. viij. iſte Antiochus vocatur cornu modicū, & poſtea factum grande nimis cōtra meridiem & contra orientē & contra fortitudinem, per quem intelligitur tēplum quod erat in Ieruſalem. Per faciē autem aquilæ intelligitur regnū Romanorū. vñ & aquila eſt ſignum ſiue vexillum Romani imperij. Per alas autē intelligitur angelica poteſtas præſidēs dictis regnis, quia omnia iſta inferiora adminiſtrātur mediantibus angelis: vnde & angelus præſidens regno Perſarū vocatur princeps Perſarū, Dan. x. Et præſidens regno Græcorū, ibidem dicit princeps Græcorū, & ſic intelligendū eſt de aliis. Per hoc, q̄ animalia & rotę iſtę ad quatuor partes ibant, intelligit dilatatio iſtorū regnorum ad alias partes. Per velocē motum & terribilē aſpectum, intelligitur robur & ferocitas eorum. Per manus autē opera, eò q̄ manus eſt organum organorum. iij. de Anima. Per firmamētum verò quod erat ſup capita animaliū, intelligit̄ pars mundi ſuperior, q̄ dicit̄ locus dei & beatorū. Per ſedentē in throno ſuper firmamentū, intelligitur ipſe deus præſidens omni creaturæ cæleſti & terreſtri: ad cuius nutum omnia diſponuntur. vnde & ad præceptum ſedentis i throno animalia quieſcebant & mouebātur: quia ipſe mutat tempora & ætates, transfert regna atq; conſtituit, vt dicitur Danie. ij. c. Per
F hoc autem quòd apparebat in forma humana, deſignabatur q̄d erat tempore gratiæ humanandus. Per hoc autem quòd apparebat in colore electri, quod eſt auro & argento fulgidius, intelligit̄ exceſſus ſuæ ſapientiæ, cuius non eſt numerus. Per hoc autem, q̄d in parte ſuperiori à lumbis & ſurſum retinebat ſplendorem interius, & in parte inferiori ſcilicet à lūbis & deorſum emittebat fulgorem exterius, intelligitur q̄d diuina ſapientia prout eſt in ipſo, eſt nobis occulta, manifeſtatur tamen nobis aliqualiter p ſuos effectus, ſecundum quod dicitur ad Romanos primo. c. Inuiſibilia dei à creatura mundi, id eſt ab homine, per ea quę facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoq; virtus eius & diuinitas. Sic ergo patet ex dictis, quòd in hoc primo cap. deſcribitur diuinę p ſidentiæ ſupereminens ſtatus ſiue virtus, vt ſuprà dictum eſt.

¶ In ca. j. vbi dicitur in poſtilla: Ex quo patet, quòd Ezechiel fuit de tribu ſacerdotali.

ADDITI. I. De hac regula quā aſſerit poſtil. eſſe Heb. dictum fuit ſuprà Iere. j. in additione.

¶ In eodem cap. vbi dicitur in poſtilla: Per quaternarium autem numerum animalium & facierum.

a ¶ Qui non tutoritate Gog seducti.
notum faciam in medio pōpuli mei Is-
a ¶ Occasione falsæ opinionis scientiæ in hæresim.
raël: & non pollutam nomen sanctū me-
a ¶ Quæ in circumcisione.
um amplius: & scient Gentes, quia ego
a ¶ Dies. iudicii, qui veniens venit & non tardat. b ¶ Iam.
dominus sanctus Israel. Ecce uenit & fa-
a ¶ Venturus. i. & vindicte.
ctum est, ait dominus deus. Hæc est dies
¶ In prophetia.
de qua loquutus sum. Et egredientur
a ¶ Credentes. a ¶ Licentiq; redire fidei.
habitatores de † ciuitatibus Israël, & suc-
a ¶ Vnde: Arcum conterer, & confringet arma, & scuta comburet igni.
cēndent & cōburent arma, clypeum,
¶ De quibus supra. a ¶ In quibus peruersum pulcris celebratur. ¶ Quibus tota & insanabilis vulnera inferebant doctrinæ.
& † hastas, arcum & sagittas, & bāculos
a ¶ Vt in ecclesiastici.
manuum & † contos, & succēdent ea
a ¶ Gentium quas malunt salutare quam perdere. Hæreticorum quos vicerunt.
igni septem annis. Et non portabunt lig-
a ¶ Quibus ecclesiam impugnabant. b ¶ Spiritussancti sermone. Ecclesiastico, quem qui habuerint dicere poterūt. Non ne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur nobis in via, & aperiret nobis scripturas ?
gna de regiōnibus, neque succident de
saltibus, quoniam arma succēdēt igne,
& deprædabuntur eos quibus prædæ
fuerant, & diripient uastatores suos,
¶ In circumitu.
dicit dominus deus. Et erit in die illa, da-
bo * Gog locum nominatū sepulchrum
in Israel, uallem † uiatorum ad orientem
maris, quę † obstupescere facit præteritū-
a ¶ Hæreticos. b ¶ Qui semper gaudent. ¶ Gen. Hebraice polyandrion Græce. i. sepulchrum pluriuꝫ multitudinis.
tes, & sepelient ibi Gog, & omnē multitu-
dinē eius, & uocabit uallis multitudinis

¶Sordibus hæreticorum.

Gog, & sepeliẽt eos dom⁹ Israël, ut mũdent ter [a]
a ¶Ne liberum aerem capiat.
[1] ram septem mensibus. Sepeliet autem eum om [b]
a ¶Non solum magistri. ¶Anniversaria.
nis popul⁹ terrę, & erit eis nominata dies in qua [c]
a ¶Ecclesiasticos. f. qui hoc habent officii, ne quid in terra Israel sordidum remaneat aut morticinum. ¶Sepulto Gog.
glorificatus sum, ait dominus deus. Et uirõs iu [d]
a ¶Ecclesiam. b ¶Mortuos vt mundentur terr⁹ ecclesiæ.
giter constituẽt lustrantes terrã, qui sepeliant
& requirant eos qui remanserant super faciem
a ¶Quando debent omnia esse purgata.
terrę, ut emũdẽt eam. Post mẽses autẽ septem
a ¶Quibus hæc cura incumbit.
quęrere incipient, & circũibunt peragrantes ter [e]
a ¶Superesse. b ¶Durissima hæresis genitalis.
ram. Cũmq; uiderint os hominis statuent iuxta
a ¶Vt cum notati fuerint qui sunt huiusmodi, vel emundentur, vel sepeliantur cum Gog.
illud titulum, donec sepeliant illud †polyncto/ [f]
a ¶Vbi sepultus est cum multitudine sua.
res in uallem multitudinis Gog. Nomen autem [h]
a ¶Vbi victoria fortitudo dei, vbi iacent aduersarij & omnis inimicorum multitudo. b ¶Vel Polliadeon, vt finis olim restituto paritatis sit.
[b] ciuitatis Amõna, & mundabunt terram. Tu er [i] [k]
a ¶Demonibus qui celeriter currunt omnia perscrutantes.
b ¶Damonibus crudelissimis, quibus traduntur aduersarij in interitum carnis vt spi. sal. sit, & discant non blasphemare.
go fili hominis: Hęc dicit dom⁹ deus: Dic om
ni uolucri & uniuersis auibus cunctisq; bestijs a/
gri: Conuenite, properate, concurrite ũdiq; ad [l]
a ¶Hæreticorum principes. a ¶Devorandam.
uictimam meã quam ego immolo uobis, uicti
a ¶Comedendam. f. b ¶Apostolos, prophetas, sanctos viros: In illis enim contrariorum dogmatum magistri corruunt, & ab illis vulnerati pereunt, super quos ædificatur ecclesia.
mam grandem super mõtes Israël, ut comeda
a ¶Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. b ¶Vel gigantum.
¶Qui contra dei scientiam pugnabant.
tis †cãrnes & bibatis sanguinẽ. Carnes fortium
a ¶Qui terrena saporant. b ¶Non egli.
comedetis, & sanguinem principũm terrę bibe
a ¶Hæc animalia deo immolantur, & hæretici dei sacrificia imitantur, sed oblatio eorum cibus est dæmonum.
tis, arietum, agnorum & hircorũ, taurorumq; [m]
a ¶Impinguantur enim sanguine deceptorum vsq; in ebrietatem. hos ergo immolat dominus per ecclesiasticos viros pessimis consiliis vt bibant vsq; ad vomitum & ebrietatem.
& altilium & pinguium omniũ. Et comedetis
adipem in saturitatem, & bibetis sanguinem in
ebrietatem de uictima quã ego †immolaui uo/
a ¶Cum viri scripturis sanctis imbuti, tales equos & equites trucabunt.
b ¶De quo: Equum & ascensorem proiecit in mare.
bis, & saturabimini super mensam meã de equo [n]
& de equite forti, & de uniuersis uiris bellatori
¶Sic.
bus, ait dominus deus. Et ponã gloriã meam in [o]
a ¶Fidelibus. f.
b ¶Tunc.
c ¶Intelligit.
d ¶Ecclesiæ sanctorum.
Gentibus, & uidebunt omnes Gẽtes iudicium
¶Super aduersarios.
meum qd̃ fecerim, & manũ meã quã posuerim
¶Opprimendos.
super eos. Et scient dom⁹ Israël, quia ego domi [p] [q]
a ¶Victoriæ.
b ¶In perpetuum.
nus de⁹ eorũ à die illa & deinceps. Et sciẽt †Gen [r]
a ¶Ab hæreticis.
tes, †qm̃ in iniquitate sua cãpta sit dom⁹ Israël,
a ¶Oppositisti nubem tibi ne transeat oratio.
eò quòd dereliquerint me, & absconderim faci [s]
a ¶Hæreticorum.
em meã ab eis, & tradiderĩ eos in man⁹ hostiũ,
¶Traditi.
& ceciderint i gladio uniuersi. Iuxta †imũdiciã e/
a ¶Propter hęc olim. b ¶Oportet esse ingressus, vt qui, quasi sancti sunt in ecclesia &c.
orũ & †scel⁹ feci eis, & abscõdi faciẽ meã ab illis.
a ¶In terram viventium.
Propterea hęc dicit dñs de⁹: Nunc reducam ca/ [t] [x]

fermonis, propter multitudi- C
nem populi ibi sepulti. k ¶Tu
ergo fili hominis: Hîc remo-
uetur dubium: quia hîc actum
est de sepultura cadauerum.
Ideo posset aliquis credere,
quòd non fuissent ab auibus
& bestijs corrosa: quod est con
tra illud quod dictum est su-
prà breuiter: Omni volatili &
bestijs terræ dedi te ad deuoran
dum. Ideo de ista deuoratione
hîc dicitur plenius, cùm dicitur:
Dic omni uolucri & uniuer.
&c. l ¶Conuenite, propera
te &c. Id est ad corrodendum
cadauera immolatorum à me
in exercitu Antichristi. Antequã
enim sepelirentur cadauera, a-
ues & bestiæ fuerunt de eis satu- † sepeliẽtes
ratæ. m ¶Arietum & agno-
rum &cæ. Id est ita comedetis
principum carnes & bibetis san-
guinem, ac si essent arietes & ag-
ni pingues occisi. n ¶Et satu-
rabimini super mensam mea-
m: Id est super locum à me vo-
bis paratum. o ¶Et ponam.
Hîc ponitur intenta conclusio.
Ad hoc enim fiet Antichristi & Quare de-
sui exercitus deiectio, vt deus iectio Anti
glorificetur, & de eius oppressio christi fiet.
ne populus Christianus liberetur. Et hoc est quod dicitur in
pſona dei: Et ponã gloriam
meam in Gentibus & uide-
bunt omnes Gentes iu. &c. D
quia omnes Gentes remanen-
tes videbunt in hoc potentiam
meam gloriosam. p ¶Et sci-
ent domus Israel: Id est popu
lus Christianus. q ¶Quia ego
dominus deus eorum. Per
specialem protectionem. r ¶A
die illa & deinceps: quia post
mortem Antichristi non habe-
bit tribulationem. s ¶Et sci-
ent Gentes, quoniam in ini- † immolabo
quitate sua capta sit domus
Israel: Id est quòd populus
Christianus fuerit oppressus ab
Antichristo pro suis iniquitati-
bus, quia secundum quod dicit
Saluator: Ante temp⁹ Antichri
sti abundabit iniquitas, & refri-
gescet charitas multorum in
ecclesia dei: à qua iniquitate
purgabitur per tribulationem
Antichristi. t ¶Et absconde-
rim faciem meam ab eis. &
tradiderim eos in manus ho
stium &c. Tempore enim tri-
bulationis Antichristi videbitur
deus abscõdere faciẽ suam Chri-
stianis, dimittendo eos in acerbi- † omnes
tate tribulationis, sicut homo
auertit faciem suam ab illo
quem non vult à miseria rele-
uare. Sed quia tempus illius
persequutionis erit breue, vt
dicitur Matthæi. xxiiij. Ideo sub-
ditur: v ¶Nunc. Id est in bre- † immũdi
ui. x ¶Reducam captiuita- cias
tem Iacob, & miserebor o
mnis domus Israel. Id est
populi Christiani eum liberan-
do ab oppressione Antichristi.
¶Et assumã-

Philadelphia Ludisalia Pythonici Nisan

¶Vt Gog non grit in montibus, sed
A in depressis vallibus, & confra-
gosis locis, quæ hebraicè Gen
dicuntur, quæ hæretici cùm in
cccidente sint, in oriente esse fin-
gunt, vt decipiant viatores eos,
scilicet qui seculum istud per-
transeunt, non habitatores sed
peregrini. sicut ille qui dicebat:
Aduena ego sum apud te & pe-
regrinus. Quis enim prætereun-
tium (de quibus dicitur: Et non
diuerunt qui præteribant, bene-
dictio domini super vos &cæ.)
non miratur & obstupescit, cùm
vallem videat viatorum quæ
habitatoribus mons videtur?
a ¶Septem mensibus. Sicut
& septem annis arma succen-
dent. A primo enim mense, quã-
do domini Pascha celebramus,
& exterminatorem AEgypti.
aguerunt vitamus vsq; ad exi-
tum anni (id est vsq; ad septi-
mum mensem, quando taberna-
cula figimus, & inter cæteras
frondes, palmarum quoque ra-
mis protegimus, vt perfecta con
tra hostes victoria demonstre-
tur) festiuitates omnes comple-
mus in populis. b ¶Tu ergo
fili hominis. Hieronym⁹. Hæc
vsque ad ædificationem templi,
ludæi & nostri ludaizantes refe-
runt ad vltimum tempus quo
cumbus Gog & omnis exerci-
B tus eius (quasi pinguissimis be-
stijs volucres bestiarquè) satu-
rentur, & restituantur filij Israel
in pristinum statum, & à Gen-
tibus vltrà non expugnentur,
& effundat spiritum suum super
eos deus, vt habitent in terra
sua non omnes Gentes, sed pro-
priè domus Israel. Nos au-
tem expeam tropologiam se-
quimur.

Nico. de Lyra.

a ¶Vt mundent ter-
ram. à cadueribus. b ¶Se-
ptem mensibus. Tantum
enim apponent tempus illi, qui
ad hoc statuentur. c ¶Et erit
eis nominata dies: Id est ce-
lebris. d ¶In qua glorifi-
catus sum. Interficiendo An-
tichristum, & eius exercitum.
Dies enim victoriæ solent habe
ri celebres. e ¶Et uiros iu-
giter constituent. Qui sint
diligentes ad hoc opus perfi-
ciendum. f ¶Cùmquè uide
rint os hominis statuent iu-
xta illud titulum: Id est nota-
bile signum, vt de facili possit
inueniri, vt sic multa ossa sic in-
uenta simul per signa de facili
colligantur & sepelantur.
g ¶Polynctores: Id est ca-
dauerum curatores. h ¶No-
men autem ciuitatis: Id est
loci vbi fiet sepultura. i ¶A-
mona: Id est populosa secun-
dum a proprietatem Hebraici
sermo

IN uicesimo & quinto anno. Hiero. In exordio anni decimi mẽsis &c. Theodotio. In nono anno. Non⁹ annꝰ apud Heb. dicit mẽsis septimꝰ, q apud eos dr Theri, vt ealẽdę mẽsis septimi sit tubarũ elãgor & eiusdẽ decima die, dies iciunij & placationis. quintadecima verò quãdo totus lunæ orbis expletur, dies Scenophegiarum, datur intelligi quòd decima die placationis domini cæ monstratũ sit Ezechieli ædificium ciuitatis. a ¶ In uicesimo &c. Hiero. Si in quinto anno transmigrationis Ioachin in quarto mẽse. & in quinta mensis, aperti sunt cæli. Ezechieli iuxta fluuium Chobar, & vidit visiones dei. Nunc autem dicitur, quòd in

Tps q cõpleta est prophetia Ezechielis.

vicesimo & quinto anno transmigrationis eiusdem, in exordio anni decimi mensis domini manus facta fit super eum &c. patet, quia, xix. annis. & ix. mensibus &. v. diebꝰ anni vicesimi completis. omnis eius prophetia cõtexta fit. In uicesimo & quinto. Hiero. Hæc & quę sequuntur vsq; ad finem voluminis melius arbitramur tacere quàm parum de eis dicere. ¶ Grego. Dictur⁹ mystica, hi storiam præmittit, vt sciatur ex tẽpore quod credatur in reuelatione. In exordio libri quo anno prophetare cœperit, indicauit in fine quo extremam visionem vidit. b ¶ Quartodecimo anno &c. Grego. Vndecim enim annis Sedechias post captiuitatem primam in Ierusalem regnauit, post cuⁿ captiuitatem quæ secunda est quartodecimo anno propheta vltimam visionem vidit. xj. verò &. xiiij. xxv. sunt: Vidit autem primam visionẽ. v. prioris captiuitatis anno, hanc vltimam in. xxv. anno. Paret itaq; ad vltimam visionem. xx. annos interfuisse. Superius vicesimiseptimi anni mẽtionem fecit, sed tempus describit regis de quo ꝓphetare

† s. 29. d.

Nico. de Lyra.

a ¶ Et assumam zelum. scilicet vindictæ meæ contra Antichristũ. b ¶ Pro nomine sancto meo quod ipse blasphemauit. c ¶ Et portabunt confusionem suam. id est Christiani post mortem Antichristi in seipsis erũt confusi de peccatis præteritis, propter quæ traditi fuerunt persequutionibꝰ Antichristi. d ¶ Et reduxero eos de populis. id est de erroribus populorum, quibus assenserant decepti ab Antichristo & sibi adhærentibus: quia sicut dictum est, dabitur eis pœnitendi tempus. e ¶ Et congregauero de terris inimicorum suorum. Ad vnionem veræ fidei & charitatis. f ¶ Et scient quia ego dominus deus eorum. Per experientiam vindictæ meæ in Antichristi persequutione. Ideo subditur: g ¶ Eò quòd transtulerim eos in nationes. Subijciendo eos oppressioni & seruituti Antichristi & suorum, qui erant diuersarum nationum, vt dictum est suprà. Et per experientiam gratiæ meæ. Ideo subditur: h ¶ Et congregauerim eos super terram suam. id est in terra promissionis, quæ est terra fidelium, à qua timore Antichristi aliqui erunt fugitiui, & aliqui in captiuitatẽ ducti, q eo mortuo ibi reuertẽtur. Vel sup; terrã. i. in ecclesia militãte p gratiã, & triumphante p gloriã, quæ est terra viuentiũ. i ¶ Et nõ re. quẽ. i. ex prædestinatis. k ¶ Et nõ ab. ul. Quia i patria videt facie ad faciẽ. l ¶ Eò qd' effu. spi. i. plenitudinẽ grę in ecclia militãte, & glę in triũphãte.

NIC. DE LY.

IN uicesi. Hæc est vltima ps principalis Ca. XL. libri, in qua agit de remuneratiõe bonorũ vsq; ad finẽ libri. Hæc tũ remuneratio secm aliquos intelligit de bonis fortunæ, secũdũ alios de bonis gratiæ, secundum alios partim de bonis gratiæ, & partim de bonis gloriæ, quæ C in fine libri magis videbitur domino concedente. Sciẽdũ igitur, quòd in hac parte vltima est aliquid in quo cõueniunt Iudæi & Christiani, videlicet qd' illa quæ dicunt hĩc vsq; ad finẽ libri fuerũt ostensa Ezechieli in imaginaria visiõe, cuiꝰ tamen significationem intellexit, aliter nõ esset visio ꝓphetica. Et est ibi aliquid in quo dissentiũt, videlicet in significatiõe huius visiõis. Primò igitur exponetur litera vsq; ad finem libri quartũ ad primũ. Et quia hæc visio imaginaria ponit hic satis obscurè ꝏ circa descriptionẽ imaginariæ visiõis & eius expositionẽ nõsolũ variant Hebrei & Latini, sed etiã Hebræi ad inuicem, quia Ra. Moy. & Ra. Sa. ipsum variè describunt & exponunt. Sed Latini, qa magister Richard⁹ de sancto Victore, & domin⁹ Hugo cardinalis de ordine prædicatorũ, & frater Carthusiensis qui vocatur dus de pruuino ordinis fratrum minorum, circa dictã descriptionẽ & expositionẽ multipliciter variant. Nec est mirũ de dictis variantibꝰ: quia scriptio huius ædificij valde obscura tradit in textu. Et etiã translatio nõ a multis discrepare videt ab Hebraica veritate. Oia y ̃ ò eorũ dicta repetere, & vbi deficere videntur improbare, esset negociũ valde plixũ, & pẽosũ quẽs legẽtibꝰ tædiosum. maxime qa in descriptiõe imaginaria & ejꝰ expositiõe nõ cõsistit principaliter visionis prophetię visionis, sed in intellectu eius qd' per visionem imaginariam designat, sicut ex dictis in principio huiꝰ libri, qa in descriptiõe imaginaria quatuor aialiũ & rotarũ nõ cõsistit principaliter vtilitas visiõis illi⁹, sed in intellectu ei⁹, qd' p; rotas & aialia designat, qd' fuit reuolutio quatuor regnorũ quę ppũ Isrl̃ succedentia sibi fuerũt, sicut ibidẽ plenè fuit dictũ. Omissis igitur descriptionibus prædictis intẽdo ponere modũ vnũ, qui videtur mihi magis consonus litteræ & descriptioni Ra. Sa. in plurib⁹ conuenire, dicta etiã aliorum quæ videtur magis discrepare videntur exponendo literam, improbare, secundum hoc igitur reliquum huius libri dividitur in duas partes diuiditur: quia primò præmittitur breuis præfatio, secundò subditur visionis imaginariæ descriptio, ibi: Et mensus est. Prima in tres, quia primò ponitur huius visionis tempus. Secundò locus, ibi: Et adduxit me illuc. Tertiò fructus, ibi: Et ecce vir. Circa primam partem sciendum, quod transmigratio Babylonis incipit propriè à Ioachin rege Iuda, qui dictus est Iechonias, & tunc trãsmigrauit Ezechiel & Mardocheus & post istam transmigrationem regnauit Sedechias. xj. annis, & in. xj. eius anno destructa fuit ciuitas Ierusalem & templum, vt habetur. iiij. Regũ. xxv. & xiiij. anno post destructionem vidit Ezechiel hanc visionem, vt habetur hĩc in litera. Et sic patet, quòd à tempore transmigrationis vsq; ad tempus huius visionis fluxerũt viginti quatuor anni completi, & in principio vicesimiquinti anni facta est hæc visio. Et hoc est quod dicitur: m ¶ In uicesimo & quinto anno transmigrationis nostræ &c. Et patet ex dictis litera pauca exceptis quæ sequuntur. n ¶ Decima. Scilicet die. o ¶ Mensis. primi. p ¶ Facta est &c. ma. id est virtus eius eleuãs me ad visionẽ sequentiũ. q ¶ Et adduxit me. Hĩc consequenter ponitur huiꝰ visionis locus, q est duplex. Vnus subiectiuꝰ q emgitur huiꝰ visionis locus, q est duplex. Vnus subiectiuꝰ q emgitur huiꝰ visionis locus. Et patet ex dictis litera pauca exceptis quæ sequuntur. n ¶ Decima. Scilicet die. o ¶ Mensis. primi. p ¶ Facta est &c. ma. id est virtus eius eleuãs me ad visionẽ sequentiũ. q ¶ Et adduxit me. Hĩc consequenter pon

quo prophetare cœpit. ¶Hieronymus. Allego. Quatuordecim generationes significat, quibus completis vsq; ad Dauid, & ab eo vsq; ad transmigrationem, inde vsq; ad natiuitatem Christi, vr- bis reparatio promittitur. vnde: Ipse ædificauit ciuitatem meam &c. Et alibi: Vt prædicarem captiuis remissionem &c. Quomō relaturionem populi. imo viuificatio- nem ossibus campi sub resurrectionis imagine mōstrauit, sic instaurationem vrbis quæ ante annos. xiiij. Babylonio igne desolata est, sub descriptione eius dominus pollicetur, vt sicut captiuita- tem & euersionem in olla succensa ab aquilone significauit & prophetia in spere vera patuit, ita ex fide præteri- torum futuræ ædificationis veritas va- cinio præpararetur. ¶Non de illo tempore hoc dicitur, sicut ludæi deli- rant, quo sub Zorobabel & Iesu tem- plum extructum est. Hoc enim multo dignius Salomonico, illud quasi nihil comparatione eius. a ¶Super quē. Greg. Quia mores & culpas omnium solus sustinet. vnde: Laboraui sustinēs. b ¶Ad austrum. Hiero. vnde: Surge aquilo & veni auster &c. Fugat enim aquilo ventus durissimus, ne in horto dei refrigeretur dilectio, floresq; marce- scant. Ad austrū. vbi lumen plenum & solis ustio in summo cæli vertice po- situs. vnde: Surge aquilo & veni auster perfla hor. &c. c ¶Illuc. id est ad q̄d- dam ciuitatis, ille intrat qui sanctō- rum vias quas imitetur considerat. d ¶Species æris. Hieronymus. Hæc enim materia vocalior est omnibus metallis, & tinnitu longè resonat. vn- de in Dan. statua regnum Græcorum pro domestica ipsis eloquentia in æris similitudine monstratur per quam ma nifestum est adhuc eos indigere doctri- na, qui templi spiritualiter ædificandi nondum plena nouere mysteria. e ¶Aeris: quod durabile & sonorum, & Christus resurgens à mortuis, iam non moritur &c. per cuius assumptionem humanitatis gloria sonuit maiestatis. f ¶Funiculus. Hieronymus. de quo dicit Zacharias quòd fu- niculum geometricum in manu habuerit, vt latitudinem & lon- gitudinem ciuitatis mensuraret. Funiculus lineus &c. Subtilis id est spiritualis prædicatio, quæ synagogę non conuenit. Fu- niculus lineus. Alij cementarlorum, angelorum scilicet qui dei imperio ministrant vel Moysi & omnium prophetarum & apo- stolorū, qui ædificant ciuitatem dei. g ¶In manu eius &c. Gregor⁹ id est in potestate Christi. vel in opere fecit quæ docuit. h ¶Calamus mensuræ. Gregorius scriptura scilicet sancta, in qua omnem vitæ nostræ actionem metimur. Calamus mensu rę gratia prophetalis, de qua: Lingua mea calamus scribæ velo- citer scribentis. Et de Iohanne dicitur: Quid existis in desertum videre, calamum vento agitari? quem calamum imitari cupiūt, qui scribentes scribunt iniquitatem. quibus imprecatur Dauid: Increpa feras calami. i ¶Stabat autem in porta. Hierony- mus quia per eum ad patrem ingredimur, sine quo in ciuita- tē intrare nō possumus, vt dignos suscipiat, indignos excipiat. In porta quoq; iudicium est. vnde Oderunt arguentes in porta. Et alibi: Non confundetur cùm lo. in. su. in porta. ¶Gregorius. Qui stat in porta, parte foris, parte intus est, partim videtur, par- tim absconditur. & Christus per humanitatem visibilis per diui- nitatem inuisibilis. k ¶Idem uir. Hieronymus: verus, scili- cet architectus quem imitatur Paulus dicens: Vt sapiens ar- chitectus fundamentum posui, ad distinctionem scilicet illius qui stultus est. Et in Zacharias pastor insipiens vocatur. ¶Gregori- us. Vir, qui prophetiæ, quem in ædificium introduxerat, in por- ta stans loquitur, facie interius, tergo exterius stetit. propheta ve- rò faciem ad portam tenebat, vnde verba loquentis audiebat. Oculi enim domini semper in ædificium suum aspiciunt. & qui verba dei audit incessanter quando de hac vita exeat, debet ocu- los cordis semper intueri. vnde: Cupio dissol. & esse cum Christo. l ¶Fili hominis uide oculis tuis. Gregorius. Q. Spiritualia spiritualiter aspice, sed carnalis infirmitatis tuæ memorare. Sæ- pe enim pe enim contingit, vt qui in contemplatione leuatur, eo amplius C tentatione fatigetur. m ¶Oculis tuis & auribus tuis au- di & pone cor tuum in omnia quæ ego ostendam tibi. Spiritualibus. Huic simile: Leuate oculos vestros &c. Et: Qui ha- Ioh. 4. c. ber aures audiendi audiat. Videtur autem ædificatio ciuitatis, Luc. 8. b. auditur ordo ceremoniarum, & sacer- dotij, & terræ descriptio. Ostendit ni- hil theoria & scientia dulcius. vnde: Vnam petij à domino, hanc requi- Psal. 26. b. ram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam ☞ volunta

Nicolaus de Lyra.

¶ phetica quę est in vidente subiecti- uè, & ideo locus huius visionis subie- ctiuæ fuit Babylonia, in qua fuit Eze- chiel. Alius est locus obiectiuè, qui tan- gitur cùm subditur: a ¶Adduxit me in terram Israel. quam imagina- riè videbat propheta. b ¶Et dimi- sit me super montem excelsum ni mis. sic imaginariè videbatur prophe tæ. c ¶Super quem erat quasi ædificium ciuitatis. Et dicitur qua- si, quia non erat ædificium reale, sed si- militudo repręsentans. d ¶Ver- gentis ad austrum, & introduxit me illuc. Dicunt autem expositores nostri communiter, quod nomine ciui tatis & ædificij idem importatur. nam templum cuius ædificium infra descri- bitur, habet multas mansiones, sicut ci- uitas. & muri eius erant cum propu- gnaculis ad modum ciuitatis. mons ta- men in quo erat ædificium templi, ali- quantulum erat demissus in parte a u- strali magis quàm aquilonari. ideo di- citur: Vergentis ad austrum. Sed quod isti dicunt de propugnaculis, non habetur: nam in tota descriptio- ne templi sequente nulla fit mētio de propugnaculis, tamen est sa tis probabile: quia propugnacula faciunt ad decorem & fortitu- dinem ædificiorum. Sed quod dicunt nomine ciuitatis & ædificij templi idem significari, non videtur verum: nam in fine libri de- scribitur ciuitas separatim à templo, & ideo Hebræi dicunt & me lius vt videtur, quòd propheta duo vidit, scilicet ciuitatem & templum. & quod templum erat in parte aquilonari, ciuitas au tem in parte australi: & per ædificium significauit templum, & nomine ciuitatis ciuitatem vergentem ad austrum. Et ad hoc re- ducuntur doctores nostri prædicti in fine libri in descriptione terræ tribubus Israel diuidendæ: saltem aliqui, situātes templum in parte aquilonari illius terræ, & ciuitatem in parte australi, vt tibi videbitur plenius domino concedente. e ¶Et ecce uir. Hīc consequenter ponitur visionis fructus, qui consistit in hoc quod angelus ostendit Ezechieli descriptionem & mensuram eorum quæ sequuntur, vt annunciaret filijs Israel per quos vniuersitas fidelium intelligitur, vt studiosi per orationem & exercitium stu- dij quærerent intellectum visionis sibi aperiri, sicut dictum fuit Danielis. xij. b. Tu autem Daniel claude sermones, & signa li- brum vsq; ad tempus statutum, pertransibunt plurimi, & mul- tiplex erit scientia. Et sic intelligendum est de alijs visionibus propheticis, quarum intellectus per prophetam non aperitur. Ponitur tamen aliquid vnde habeā aliqualis via studiosis ad in- telligendum, sicut dixi in Apocalypsi quantùm spectat ad li- brum illum, & in fine huius visionis similiter dicam quātum ad ista dño concedente. Dicit igitur: Et ecce uir. i. angelus in specie viri. f ¶Cuius erat species quasi species æris. ad est similitu do æris. Aes enim est durabile & sonabile, & p durabilitatē signi ficat immortalitatē spūs angelici, & per sonabilitatē prōptitudinē eius ad resonandū laudes diuinas, sed'm illud Iob. xxxviij. a. Vbi eras cū me laudarēt astra matutina, & iubilarēt oēs filij dei, & ad reuelandū hoibus secreta dei. g ¶Et funi. li. &c. In ędificijs em rectè erigēdis funicul⁹ in cui⁹ extremitate pendet plūbū deseruit. h ¶Et ca-men. i. aptus ad mensurādū. p ista duo designabatur ędificiorū sequētiū quātitas & rectitudo. i ¶Sta. au. in porta. muri exterioris. k ¶Et lo. est &c. & patet ex dictis suia vsq; ibi:

Q ☞Et in ma.

Id est.

Et adduxit me in terram Israël, & di- a b
a ¶De quo: Venite ascendamus ad montem domini. de quo Isaias. In monte excelso a. t. q. e. Sion. ¶Christum. b ¶Ad comparationem montium cæterorum, de quibus: Leuani oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. & ali bi: Montes in circuitu eius.

misit me super mōtem excelsum ni- b
a ¶Christum. b ¶Similitudo enim est, non res ipsa.

mis: super quem erat quasi ædificium c
a ¶Ecclesię, de qua: Gloriosa dicta sūt de te ci. dei. Et alibi: Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas. Et alibi: Fluminis im petus lætificat ciuitatem dei. Et non potest ciuitas abscōdi supra montē posita. b ¶Id est humilitatis se ad austrum spiritualiter afflatus. c ¶Non ad aquilonē vt synagoga.

d ciuitatis uergentis ad austrum, & in- d
a ¶Vt cuncta quæ intus erāt obsideret. b ¶De quo: Ecce vir oriens nomen eius. ¶Idem qui mons.

e trōduxit me illuc. Et ecce uir, cuius e f
a ¶NŌ electri, vt in principio voluminis dicitur neq; eras accinctus zona aurea. vt in Apoca.

d
e f erat ‡ species quasi speciesæris, & fu- g
a ¶Lines qui omnia in ordine ponuntur. b ¶Quæ fecit docuit. c ¶Calamus meniurę in manu eius.
¶Scriptores in occulti dei iudicij dispensatione.

g h i nīculus lineus in mānu eius, & cal- k
mus mensuræ in manu eius. Stabat i
autem in porta, & loquutus est ad me k
¶Primum.

k l idē uir: Fili hominis, uide oculis tuis,
m ¶Post. a ¶Insuper. nihil enim prodest vidisse & audisse, nisi commendes memoriæ. b ¶Cōsidera. c ¶Intēti facies autorum vt memoriter teneat.

& auribꝰ tuis audi, & ponē cor tuū
in omnia quæ ego ostendam tibi, qa
a ¶Grego. Q. Ideo adductus es, vt videas ideo vides vt annuncies.

ut ostēdantur tibi adductus es huc.

voluntatem domini. Et addit: Domine dilexi decorem domus
E tuæ &c. a ¶Annuncia omnia. Gregorius. vnde alibi: Qui
audit dicat, veni. b ¶Et ecce murus. Symmachus & Lxx. pe
Isa.36.a ribolus, qui scilicet ex omni parte domum id est templum domi
ni circumdabat. ¶Gregorius. Murus ipse Saluator. vnde: Salua
tor ponetur in ea murus & antemura
le, prophetæ, scilicet qui priusquàm do
minus appareret in carne, ad constru
endam fidem prophetando missi sunt.
c ¶Forinsecus. Probat verus archi
tectus viuos lapides. qui apti funda
mento qui in medio muro, qui locis su
perioribus, qui inferioribus, qui extra
templum in circumitu periboli colloca
ri. d ¶In circumitu domus undi.
Grego. hominum, scilicet & angelorū.
¶Grego. Hoc ædificium iuxta literam
accipi non potest, quod prius dicitur
mensurari calamo sex cubitorum & pal
mo, post, xiij, cubitis, cuius portæ fron
tes, sexaginta cubitorum. Minus enim
est quod continetur, maius quod con
tinet. e ¶In manu uiri. scilicet in po
testate Christi, vel in opere fecit quæ docuit. f ¶Calamus mē
suræ. Grego. scilicet scriptura sancta, in qua omnem vitæ nostræ
actionem metimur. Calamus. Qui significat notam esse con
uersationem nostram, quę in sex diebus in quibus factus est mun
dus, & rationem operum singulorum, vt scilicet aliud ad opera
pertineat, aliud ad mentem, vnde & latitudo ęqua est altitudini.
quorum latitudo ad opera, altitudo ad animum, qui ad alta festi
nat. g ¶Palmo. Grego. Qui iam de septenario est, sed cubitus
non est. Actiuam enim opere perficimus. de contemplatiua vix
parum aliquid attingimus, etiam cùm cor tendimus. vnde: Nunc
2.Cor.13.d cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus
sum. Et rectè prius sex cubiti, post palmus ponitur, quia actiua
præcedit, co templatiua succedit. h ¶Et mensus est latitu
dinem. Grego. Omnipotens deus, qui nec in magnis tenditur,
nec in minimis angustatur: Sic de tota ecclesia simul loquitur, ac
si de vna anima loquatur, & econuerso, sicut in hoc loco: & men
sus est latitudinem ædificij. i ¶Latitudinem ædificij. Gre
go. charitatem, scilicet proximi. Latitudo enim in æqualitate est.
Psal.118.m vnde: Latum mandatum tuum nimis. Et alibi: Diligite inimicos
Luc.6.d vestros. Altitudo (quæ in sublimitate tendit) ad cognitionem
f respicit contemplatoris. k ¶Calamo uno. Grego. Quia anti
qui patres qui redemptorem nostrum & prophetando & bene
viuendo prædicarunt, tamquàm sex cubitos in perfectione ope
rus, & palmum in inchoatione contemplationis habuerunt.

a §Vt qui per se videre non possunt per te discant.

a Annuncia omnia quæ tu uides do
a §His scilicet qui mente deum conspiciunt: De quibus
erat Nathanael, qui studiosissime quærebat Christum, & au
diuit: Ecce vere Israelita, in quo dolus nō est. b §Hoc primū
vidit. c §Secundum humanitatem, intus enim diuinitas.
c mûi Israël. Et b ecce murus fórinsecus
d e in circumitu domus undiq;. & in ma
a §Non solus funiculus geometricus. §Qui est scilicet.
b §In quibus actiua vita.
f nu uiri cálamus mensuræ sex cubitō
a §Qui rectius Græce palestra. i. sexta pars cubiti. b §Etiā
altitudinem. Latitudo & altitudo vnius calami. i. sex cubi
torum & palmi.
g h rum & pálmo. Et mensus est latitūdi
i a §Vna mensura.
k nem ædificij cálamo uno, altitudinem

Nicolaus de Lyra.

a ¶Et in manu uiri. id est angeli. b ¶Calamus mensuræ sex cubitorum. Hebræi dicunt: Sex vlnarum, sed est eadem sententia: nā vlna illa erat parua, habens quasi longitudinem cubitalem, vt postea videbitur.



c ¶Et palmo. Dicunt autem expositores nostri cōmuniter, quòd palmus erat pars calami qua tenebat eum angelus, & residuo calami, quod continebat sex cubitos siue vlnas mēsurabat, & erāt isti cubiti sex signati; distinctè si cut in vlnis quib⁹ mensurantur palmi, signātur distinctè medietates & quartę, ideo angelus aliquando mensurabat secūdum partem calami, scilicet secundū vnū cubitū tantùm, vel duos vel tres. Hoc autem vltimum dictum de signatione cubitorum vel vlnarum in calamo satis apparet verum. Primum autem, scilicet quòd non mensurabat secundum quantitatem palmi, non videtur verum, quia mensurantes pannos cum vlna breui vel longa, ita mensurare secundum quantitatem vlnæ quam tenent in manu sicut secundum alias eius partes. Ideo ad intellectum huius partis sciendum, quòd apud Hebræos pondera & mensuræ sanctuarij maiores erant, quàm in alijs rebus communibus, sicut habetur manifestè in libris Exodi, Leuiti. Nume. & Deute. & similiter erat de vlna, quę maior erat in sanctuario, qua mensurabantur telę, ex quibus fiebant vestes sacerdotum & Leuitarum, & certa tera simili modo mensurabilia. Vlna enim communis continebat quinque palmos: vlna verò sanctuarij sex palmos. Et accipitur hīc palmus non secundum quantitatem manus extensæ sed clausæ, ita quòd continet quantitatem quatuor digitorum ex trifurio. Et vocatur hæc quātitas Gallicè doue, Hebraicè cophac. & sic vlna vel cubitus sanctuarij continebat vnum palmum vltra communem. Quinq; verò palmi dicto modo accepti faciunt quasi magnitudinem cubitalem, ideo dixi quòd vlna cōis Hebraica & cubitus, sunt quasi eadem mensura. & sic patet, quòd vlna vel cubitus sanctuarij continebat cubitum siue vlnam communem & palmum. & hoc probatur per illud quod dicitur, infrà xliij. cap. Istæ autem mensuræ altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum & palmum. Verissimum cubitum siue vlnam verissimam vocat vlnam vel cubitum sanctuarij, & habet vlna vb H nam communem vel cubitum vnum palmum prædicto modo acceptum. Est igitur sensus huius literæ: Et in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum & palmo, id est sex cubitorum communium, & palmo, scilicet addito cuilibet sex cubitorum. tales enim sunt cubiti sanctuarij: vt dictum est secundum quod angelus mensurabat: & hoc clarius apparet in litera Hebraica, quæ talis est: Et in manu viri calamus mensuræ sex vlnarum in vlna & palmo, id est loquendo de vlnis quæ continent vlnam communem & palmum; ita quòd hoc & palmo non refertur ad partem calami qua angelus calamum tenebat, sed est determinatio quòd sex cubiti debent intelligi de cubitis vel de vlnis sanctuarij. d ¶Et mensus est latitudinem ædificij calamo. Posita præfatione hīc Diuisio consequenter describitur ipsa visio, & diuiditur in tres partes: quia primò describitur templum & ædificia ad ipsum pertinentia. secundò terra populo diuidenda. cap. xlv. tertiò cuncta ædificanda, vltimo capitu, ibi: Et ibi egressus. Prima adhuc in duas: quia primò describitur templum & pertinentia ad ipsum, secundò, leges ministrantium, capitulo. xliij. ibi: Et adduxit me. Prima adhuc in duas, quia primò ponitur descriptio templi, secundò altaris holocausti: capitulo. xliij. ibi: Istæ autem mensuræ altaris.

¶Ad intellectum primę partis notandum, quòd totum templi ædificium erat situm in spacio quadrato, cuius vnum latus erat directè ad orientem & oppositum latus ad occidentem, alia duo, vnum ad aquilonē, alterū ad meridiem: & in hoc spacio erat triplex murus, vnus exterior, secundus medius, & tertius interior. & spacium contentū inter murum medium & interiorem dicitur atrium exterius, & spacium contentum inter murum medium & exteriorem dicitur ab aliquibus vulgi locus; hoc forsitan ratione, quia Gētiles admittebantur ad locum illum ratione orationis, nam aliqui Gentiles ex deuotione ad templum



venichant

¶ Sciendum omnia propè verba hebraica & nomina quæ in A Græca & Latina trãslatione sunt posita, nimia venustate esse corrupta & scriptorũ vicio deprauata. a ¶ Et uenit ad por. Gre. Ipse vir ipse porta. Ipse intrat p se dũ mẽbra intrãt per ipsum. & quisquis nobis ianuã aperit cæli. b ¶ Ad port. q. res. &c. Nouit

Nicolaus de Lyra.

Ueniebant ad adorandum illuc, vt habetur. iij. Reg. viij. & Ioan. xij. Sciendum tamen, q̃ istud spaciũ quadratũ partim erat in summitate montis in plano, partim in montis pendulo, vt magis videbitur infrà & hæc gibbositas spaci seu inæqualitas quantũ ad latitudinem situs non potest in plano figurari, propter quod debet per imaginationem supplerí. Ad maiorem autem dictorum & dicẽdorum intelligentiam posui hîc talem figuram. ¶ Sciendum tamen, q̃ hæc figura & aliæ sequentes non semper sunt protractæ præcisè in illa proportione quę dicitur hîc, quia hoc est difficillè fieri, sed supponatur sic esse: Sicut ad intelligendum conclusiones geometricas protrahuntur aliquę figuræ, quæ non semper sunt factæ in illa proportione quæ à doctore dicitur, sed ab ipso & ab audientibus sic factæ supponuntur. Item qui vult intelligere ea quę dicuntur hîc de ædificio Ezechielis, non negligat habere dictas figuras ẽ inspicere. nam aliter parum aliquid in tali posset intelligere nisi cum tædio & capitis sui fractione. ¶ Prima pars diuiditur in Diuisio. duas partes, quia primò describitur pars anterior totius ædificij, secundò posterior. Et dicitur hîc pars anterior, quæ incipit à latere orientali muri exterioris, & protenditur vsq; B ad murum occidentalem atrij interioris. ita quòd linea imaginariè protracta à sinub⁹ illius muri versus aglonem & versus austrum diuidit partem anteriorem à posteriore, quia posterior est versus occidentem. Secunda pars incipit in fine præsentis capi: bi: Et introduxit me. Prima adhuc diuiditur in tres partes, quarum primò describuntur portæ muri exterioris. secundò portæ medij, ibi: Et venit ad portam. tertiò portæ muri interioris, ibi: Et introduxit me in atrium interius. Circa primum sciendum quòd in orientali parte muri exterioris in medio eius erat quædã apertura decem cubitorum latitudinis, in qua erat porta: Et similiter in secundo & tertio muro directè se respicientes. Quantùm igitur ad primum murum dicitur: Et mensus est latitudinem ædificij calamo vno, altitudinem quoque calamo vno. & secundum Hebræos ædificium hîc vocatur murus exterior, cuius spissitudo dicitur hîc latitudo. & sic est æqualis altitudini. Sed hoc non videtur conuenienter dictum, nam intentio prophetæ est describere ædificium decenter dispositum: non est autem decens dispositio muri, cuius spissitudo est æqualis altitudini: Et ideo melius videntur dicere expositores alij dicentes, quòd nomine ædificij hîc intelligitur quædam domuncula super portam ædificata, cuius latitudo est vnius calami secundum spissitudinem muri, ista tamen mensura vnius calami accipienda est intra parietes domũculæ, sicut infrà dicetur de thalamis & porticibus, & similiter altitudo. Longitudo autem eius secundum latitudinem portæ scilicet decem cubitorum: Sed non fit hîc mentio de ista lõgitudine: quia tres portæ prædictæ se respicientes ab omnibus ponuntur eiusdem latitudinis: portæ autem muri medij & interioris describuntur infra decem cubitorum latitudinis, & per cõsequens ista.

a ¶ Vna mensura, quia vnaquæq; anima quantum dilatatur in amore proximi, tantum exaltatur in cognitione dei
b ¶ Vir. Cuius nomen oriens, vt illuminet eos quos in prima parte vestibuli reperit, vel in ipso introitu portæ. Hæc est porta domini, iusti intrabunt per eam. ¶ In membris. c ¶ Scripturam, fidem. d ¶ Ego sum via veritas & vita.

a b quoq; calamo uno. Et uenit ad portam, quæ respiciebat uiam orientalem, a

Item secũdum Hebræos ĩ muro exterioride scribitur vna porta tãtùm, scilicet in latere orientali, & tamen in muro medio & interiori ponuntur duas portas scilicet in latere aquilonari, & similiter in australi, quæ videntur pro nihilo poni, nisi in muro exteriori sint portæ correspondentes ad introeundum. propter quod alij videntur melius dicere, dicentes quòd in latere muri exterioris aquilonari & australi sunt duæ portæ consimiles portæ orientali. Ad capiendum verò facilius quæ dicta sunt & dicenda, ponitur hîc talis figura. a ¶ Et uenit ad por. Hîc consequẽter describuntur portę Diuisio. muri medij. Et diuiditur in tres partes: quia primò describitur porta orientalis, secundò aquilonaris ibi: Porta quoque. tertiò australis, ibi: Et eduxit me. Prima adhuc in duas, quia primò describitur orientalis porta, secundò, quędam extra illam portam existentia, ibi: Et eduxit me ad atrium. Ad intellectũ primę partis considerãdum, q̃ hæc porta describitur habere D vestibulum porticum, frõtes, thalamos, & gradus. Gradus autẽ sunt propter decliuitatem montis, & ideo à loco vulgi erat ascẽsus ad portam istam per septem grad⁹. Vestibulũ autem est quoddam spacium ante aperturã muri medij. v. cubitorum in latũ scilicet ab oriente in occidentem, & xxv. in lõgum ab aquilone in austrum: Porticus autem est ædificium situ super aperturam muri medij, & ex parte interiori ipsi⁹ muri trãsiẽs vltra murũ medium p octo cubitos intra atrium exterius, & à terra vsq; ad summitatẽ huius portic⁹ sunt cubiti quinquaginta, & iuxta postes ostij sunt duæ turres, quarum altitudo describitur. lx. cubitorum, sicut in portis castrorum & notabilium ædificiorum fiunt duæ turres, vna ex vna parte ostij, altera ex altera. & vocantur frontes, quia sunt ad decorem portæ & ad eius defensionem, sicut fortalicia in extremitatibus terrarum dicuntur frontariæ, & in summitatibus istarum turrium erant pomelli, & super pomellos rami palmarũ

FIGVRA.



Q ij celati.

fuit per alias intrare, cùm essent plurimę. a ¶Per gra. Hiero. Gradus, merita virtutum. Nemo enim repętę fit summ⁹. ¶Per gra. Plures. s. quorum silletur numerus, vt ascensionis appareat difficultas, & quotcunque gradus tibi proposueris, scias minus esse ab eo quod dubium relinquitur. b ¶Portæ. Gregor. i. sanctæ scripturæ. duo limina: id est interius allegoria, exterius litera. De exteriori id est litera, peruenimus ad interius, allegoriam, scilicet vtraq; enim suo modo ædificant. c ¶Limen unum. Greg. Porta à limine surgit, vt porta sit. Limen itaq; portæ patres, ex quibus Christus secundū carnem. d ¶Et thalamū. Corda eorū, scilicet in quib⁹ anima per amorem sponso inuisibili iungitur. e ¶Vno calamo in longum &c. Quamtùm enim amat, tantū proximū longanimitate tolerat: si definit tolerare definit amare. f ¶Et inter thalamos quinque. Gregorius. Sunt enim in huiusmodi thalamis quidam qui adhuc subtilia non valent penetrare, quinque adhuc sensibus depressi. Hi non thalami sed inter thalamos, quia per eos qui deum p̄fectè diligunt ad profectum mentis ducuntur. ¶Et inter thalamos quinque cubitos. Quæ scilicet exterius sunt, nondum enim Christi secreta penetrauerunt, nec dicere possunt: Introduxit me rex in cubiculum suum. Vnde alibi: Omnis gloria filiæ regis intrinsecus. Sed discipulis cum Christo domi commorantibus, alij qui mysteria eius audire non possunt, foras ad se sermonē dei exire cupiunt. Ideoque quinque cubitorum in eis mensura ponitur, vt ad quinque sensus omnia referre doceantur. g ¶Et limen portæ &c. Gregorius. Limen exterius patres veteris Testamenti, per quorum prędicationem opera peruersa punita sunt. Per limen interius, doctores noui Testamēti accipimus, quorum prędicatione ab illicitis cogitationibus animus coercetur. Illi extrinsecus fuerunt, quia Christū in carne non viderunt, sed à sancta ecclesia diuisi nō fuerunt, quia mente, opere, prædicatione ista fidei sacramenta tenuerunt. Sicut enim nos in p̄terita passione Christi, ita illi per fidem in eadem ventura sunt saluati. Illi ergo foris non extra mysterium, sed extra tempus. ¶Quia in sacra scriptura & doctrina perfectæ operationis & initium inuenitur supernæ contemplationis: si porta prędicator accipitur. limen exterius est vita actiua interius contemplatiua: per illam enim ambulatur in fide. per hanc festinatur ad spem. h ¶Vestibulum portæ octo cubitorū, & frontem ejus duobus cubitis. Gregorius. Interius vestibulum æternę vitæ latitudo, quæ modo intra angustias vitæ p̄sentis iam per spem mente conspicitur. vnde: Intrate portas eius in confessione, atria eius in hymnis confitemini illi. Dum enim peccata nostra per lachymas confitemur, angustiæ vitæ portam ingredimur sed cùm ad æternam vitam perducimur, portæ nostræ atria intramus, vnde: Intrate per angustam portam. vestibulum ergo cubitis mensuratur: Ibi enim omnes recipiendi sunt qui ea quæ septem diebus voluuntur sic disponunt, vt per hæc attingant ad regnum cælorum: Dum enim modo caute agimus, ad di

Cant. 1. a. Psal. 44. c. Psal. 99. a. Math. 7. b.

☞ em iudicij

a ¶Nobis proficientibus. b ¶Quia locus non erat æqualis, & ipsa ędes in excellioribus. c ¶Portæ.

* & ascēdit per grādus eiūs. Et mensus a b
¶Vt scias omnia patere noticię dei. limen in latitudine, dicitur vnius calami. Et de altitudine silet⁹ & longi. vix enim est & introitus, & per eam ad interiora pergendum. a ¶Id est ¶Id est. sanctę scripturæ.

† postem portæ b c
est ¶limen pōrtę calamo uno latitudinem
a ¶Est enim aliud.

† & postē alterum c
tid est limen unūm calamo uno in latitu
a ¶Vel cubiculum. ¶Vt interiora. f. cubiculorū plenā habeāt mensuram calami. i. sex cubita & palmū, dum opus ratioq; eō. uenit.

d e f
dine & thālamum uno calamo in lon/
gum, & calamo uno in latum, & inter
a ¶Superius thalamum posuit, sed multi faciunt vnū sicut mos ęc ecclesię vnam. b ¶Per limen portam quisq; ingreditur. Hāt autem duo limina, patres veteris & noui Testamenti. ¶Aliud. c ¶Alterius.

g
thalāmos quinq; cubitos: & limēn pōr/
a ¶De quo prius. b ¶Christi. hanc portam intrat qui credit. c ¶Quia aliud extrinsecus.

h
tæ iuxta uēstibulum pōrtæ intrinsecūs
a ¶Tertio. b ¶Atria æternæ beatitudinis.

i k
calamo uno. Et mēnsus est uestibūlum

Nicolaus de Lyra

celati, sicut communiter videmus in pomellis turrium quod habent desuper folia celata vel ramos arborum, & iste tres erant ædificatæ in spissitudine muri, tamen excedebant illam spissitudinem aliquantulum ex vtraq; parte. Iuxta turres istas describuntur sex thalami pro portarijs, tres iuxta vnam & tres iuxta aliam, qui in Hebræo vocantur appenditia, quia describuntur adhærentes muro medio ab exteriori tamen parte eius, & hostia thalamorum describuntur ad vestibulum portæ, ita quòd ostia thalamorum ex vna parte sunt directè contra ostia thalamorum existentium in alia parte per modum hîc figuratum, prout potest in plano figurari scilicet secundum situm fundamentorum, & ante thalamos ex vtraq; parte ostij describitur quoddam sedile latitudinis vnius cubiti, quod in textu vocatur margo. Item sciendum, quòd porta accipitur hîc dupliciter. Vno modo largè pro apertura ostij & ædificiorum in lateribus portę & desuper existentiū: sicut dicimus communiter, quòd porta ciuitatis est bene munita & desuper bene ædificata. Alio modo strictè pro ipso ostio: sicut dicimus, quòd porta ciuitatis est clausa, quando ostium est clausum, & aperta quando est apertum. Item sciendum, quòd licet vestibulum propriè sit ante portam muri, & portica post, tamen vtrumque spacium simul interius & posterius aliquando vocatur vestibulum, aliquando porticus nominatur. Item isti tres portæ sunt omnino similes, & ideo quod in descriptione vnius omittitur, & in descriptione alterius exprimitur: intelligendum est esse in omnibus. Et idem dicitur de tribus portis tertij muri, exceptis his in quibus differunt à portis muri medij, quæ infernus exprimit. Hoc autem dico propter vestibulum superque cubitorum latitudinis, quod hîc exprimitur in descriptione portæ australis tertij muri, quod similiter intelligendū est esse in aliis. Ad magis intelligendum quæ dicta sunt & dicenda posui hîc duas figuras, quarum prima representat situm portæ, porticus & vestibuli, frontium & thalamorū secundum lineas fundamentales: secundo intelligendum, quòd fundamenta frontium non incipiunt à terra ne impedirent spacium inter thalamos, sed quasi per centum cubitos in altitudine muri, prout exprimitur in figura secūda. Secunda verò figura representat altitudinē portæ, porticus & frontium secundum spacium à porta orientali, thalami verò non possunt sic conuenienter figurari secundum altitudinē suam propter murum secundum cui sunguntur: sed debent poni imaginari tamquā eleuati sup̄ sua fundamēta iuxta frontes, quāta tamen sit eleuatio, nō habet ex textu. ¶His premissis conuertamur ad expositionē literæ. ¶Et ve. ad portā. Hæc est porta secūdi muri, ad quā venit de porta oriētali primi muri sue exterioris. a ¶Et ascē. Ex hoc patet q̄ grad⁹ isti erāt extra portā in loco vulgi: quia prius ascendit dictos grad⁹, & postea occurrit sibi limen portæ mensurandū. Si enim essent isti gradus intra portam, vt dicit magister Richardus de sancto victore, vel in spissitudine muri portæ, vt dicunt alij, ppheta dixisset, mensus est limen portæ, & ascēdit p̄ grad⁹ ei⁹, q̄a limen pri⁹ occurrisset mensurāti quā grad⁹ ascēdus. b ¶Et men. est limē portæ. secundū muri medij spissitudinē: tū in Hebræo sic habetur: Et mensus est postē portę, & dicit postis ostij pars muri ascēdens sursum secūdū latitudinē ostij ex vna pte, cui⁹ latitudo est sc̄m spissitudinē muri sicut & liminis. c ¶Id est limen unum. Hîc videt littera corrupta p̄ scriptores ponentes, id est pro &: nā in Hebræo sicut: Et postē vnū. nā ostiū q̄d dē hîc porta, habet duos postes, dextrū & sinistrū equalis mēsurę, & sīt duplex limē, sinsen⁹ & supⁿ & sic dē mēsurę: ppter q̄d nō variat mēsura si dicat limē sc̄m translationē nostrā vl postē sc̄m Hebræos. d ¶Et thala. i. quemlibet sex thalamorū: quia frequenter accipit hîc singulare pro plurali. e ¶Vno calamo. Istud spaciū quadratū intelligēdum est intra parietes thalamorum, ita q̄d muri claudentes & diuidētes thalamos sint extra mensuram istā: ideo subditur: f ¶Et inter thalamos quinq; cubitos. Dicunt hîc cōmuniter expositores quilibet murorū diuidentiū inter thalamos habebat quinq; cubitos in spissitudine, cui⁹ mēsura hîc ponit: nam spissitudo muri diuidit iter thalamū & thalamū: sed nō est verisile, q̄d spissitudo muri diuidētis esset tāta, cū spaciū cuiuslibet thalami sit tanti sexcubitorū in q̄drū, vt dictū est: & iō melⁱ videt q̄d p̄ hoc q̄d dicit hîc; Et inter thalamū &c. intelliguntur duo muri diuidentes tres thalamos ex vna parte, & spissitudo cuiuslibet siccorum cubitorum & dimidij, & idē intelligēdū est in tribus thalamis ex parte altera. g ¶Et limen portæ. sic habet in Hebræo. Ex quo patet, quòd supra non mensurātur duo limina: nam sic in eadem porta essent tria limina, quod est falsum: sed mensurātur ibi duo postes, vt dictum est: hîc autem limina. & accipitur hîc singulare pro plurali. nam mensurato vno limine, habetur mensura alterius, quia sunt eiusdem mensuræ, vt prædictum est. h ¶Iuxta uestibulum portæ intrinsecus. In Hebræo habetur: iuxta porticum portæ intrinsecus, quia porticus est intra portam sicut atrio exteriori. vestibulum autem extra in loco vulgi, vt supra dictum est. i ¶Calamo uno. Hæc est mensura liminis, cuius latitudo est secundum spissitudinem muri medij. k ¶Et mensus

est vo

Ecclesiast.

Iohan.

Psalm.

Hieremiæ.

Isaiæ.

Iohan.

Matth.

Iohan.

Matth.

Iohan.

Apoc.

Hebr.

Gal. 6.

Iohan.

Matth.

Iohan.

Matth.

Iohan.

Matth

pectu dei verius comprobamur. a ¶Latitudinem. Grego. E Quinarius in se extensus.xxx.facit,& quinq; sensus in se multipli
cantur.,dum id quod per ipsos agitur in bono augmentatur.
b ¶Vigintiquinque. Hiero. Qui numerus quamuis quadra
tus,tamen refertur ad quinque sensus. Quinquies enim quinque
fiunt vigintiquinque, qui est inter tectū
Thalamorum & tectum, & tamen quin
que vtrinq; è regione sui positum, à sum
mis parietibus habet ostium cōtra ostium.
c ¶Et fecit frōtes &c. Hiero. Per hoc
ostenditur in introitu portæ, statimq; in
gredientibus murum.lx. occurrere cubi
ta cum variis ornamentis quæ referun
tur ad conditionem mundi, vt ex creatu
ris creator intelligatur. Et omnia ordine
& ratione currentia ostendant mundi va
rietatem, qui apud Græcos κόσμος
ab ornatu nomen accepit, & sex diebus
factus est, vt per singulos dies decades sin
gulæ supputentur, quem perfectum nu
merum supra diximus. Post hoc ingredi
entibus nobis atrium interius, occurrunt
ante ipsum vestibulum portæ interioris
thalami cum fenestris obliquis, qui .l.
cubitorum tenent spacium, qui & ipse sa
† principiū crat' est numerus. Et post septem hebdo
madas plenas festiuitatis & gaudij, octo
adis prima incipit dies, quæ est resurrecti
sicut dicitur Psal. cv. f. & cōmisti sunt inter gentes, & didicerunt
opera eorum, & seruierūt sculptilibus eorum, & factum est illis
in scandalum: ideo sequitur: s ¶ Et recesserunt à testa. testa.
sancto. id est à religionis voto. v ¶ Et uenundati sunt. ut fa-
cerent malum. id est total iter dediti. Vnde dicit August. Sicut
non inueni meliores illis qui in monasteriis profecerunt, ita non
inueni deteriores, qui in eis defecerunt. y ¶ Et paratum est re.
in conspe. Antio. sicut dictum est per Antiochum significatur
prælatus cupidus & superbus: Et iam intantū aliqui sunt cupidi
& superbi, qui volunt tenere plures ecclesias. ideo subdit: ¶ Vt
regnaret super duo re. vnde contingunt cōtentiones & prę-

 ✠ Et conuer-

secitq; quę nō fecerāt patres ei⁹,& patres patrū illius,sicut in Da
E nie.de eo scriptū est.Nullus cm̄ in regno Syrię ita vastauit AE
gyptū,& oēs diuitias eorū dissipauit,& tā callidus fuit, vt pru
dētes cogitationes eorū q; duces pueri erāt sua fraude subuerte
ret. a ¶ Et con. Antio. Consequēter autem de eodem rege in
prædictis historiis narratur,qd' postq; reuersus est expulsus ab Aegyptiis ve
nisse eum in Iudeā:hoc est aduersus te
stamentum sanctum,& spoliasse tem
plum & aurū tulisse quā plurimū. Po
litoq; in arce presidio Macedonū, re
uersum in terrā suā, & post biennium
rursū cōtra Ptolemeū exercitū congre
gasse ad austrū. Cūq; duo fratres Pto
lemæi Cleopatrę filij quorū auuncul⁹
erat Antioch⁹,obsiderent Alexādriæ,
legatos venisse Romanos, quorū vn⁹
Marcus Publius Leuinas, cū eum stan
tē inuenisset in litore,& senatusconsul
tū dedisset quo iubebat ab amicis po
puli Romani recedere, & suo imperio
cōtentū esse.& ille responsum ad ami
corū cōsiliū detulisset,orbē dicit fecisse
Marcus in arenis baculo quē tenebat
manu,& circūscripsisse regem atq; di
xisse:Senatus & popul⁹ Romanus præ
cipiunt,vt in isto loco respondeas qd
cōsiliū geras. Quibus dictis ille pterrit⁹
ait: Si hoc placet senatui & pplo Ro
mano,recedendū est hinc, atq; ita sta
tim mouit exercitum. His cōsentanea
Iosephus scripsit,qd' reuersus propter
antiquita Romanorū timorem ab Aegypto rex
libr. 12.c.6. Antiochus ad Ierosolymā duxerit ex
ercitū,quo peruenies anno.cxliij. post
regnū primi Seleuci cētesimaquinqua
F gesimatertia Olympiade die vigesi
ma & quarta mensis Casleu,quem Macedones Appelleon nomi
nant,ceperit eā sine conflictione cuiuspiam,aperientibus ei por
tas his qui voluntati eius consentiebant,ingressusq; ciuitatē Iero
solymarum multos interemit,sibi contraria sapientes. Necnon e
tiam eos qui portam aperientes ciuitatem ei tradiderunt propter
templi diuitias interfecerit,multasq; auferens ab eo pecunias ad
Antiochiam reuersus sit.post q; autem spoliauit templum,ita vt
vasa dei & lucernas aureas asportaret,& aram auream & mēsam
& sacrarium, neque de velis abstinuerit, quæ ex byssо & cocco
erant:exhauriens autem & thesauros nil penitus derelinquens,ad
maximum Iudæos luctum propter hæc vsq; perduxerit, nam &
quotidianas immolationes quas deo secundum leges offerebant
celebrare prohibuit. Deprædans autem totam ciuitatem quosdā
interfecit,alios captiuos cum vxoribus & filiis deduxit,ita vt nu
merus multitudinis captiuorum vsq; decem milia existere videre
Mystice tur. Mystice autem Antiochus hic qui intrauit in terram sanctam
cum superbia & deuastauit templum,& locum sanctum polluit
superstitione Gentili, Typum tenet Antichristi,qui contra eccle
siam Christi crudeliter bellum gerit,& animas credentium (quæ
verè templum dei sunt)errore suo polluere contēdit. De quo in
Dañ.11.c. Danielis prophetia sub figura istius Antiochi ita scriptū est: Cor
eius aduersus testamentum sanctuarij, & faciet ac reuertetur: &
cogitabit aduersus eos qui dereliquerunt testamentum, brachia
ex eo stabunt,& polluent sanctuarium fortitudinis,& auferēt iu
ge sacrificium,& dabunt abominationem in desolationem, & i
pſi testamenta simulabunt fraudulenter.populus autem scięs deū
suum obtinebit & faciet,& reliqua. Nulli dubiū est quin hęc quę
sub Antiocho Epiphane in imagine præcesserunt, hoc est vt rex
sceleratissimus persecutus sit populum dei,sed itidem præfigurent
Antichristi,qui Christi populum persequetur, qui indignabitur
contra testamentum dei:& cogitabit aduersus illos quos vult le
gem dei relinquere,polluetq; sanctuarium dei,homines videlicet
ad imaginem dei creatos diuersis vitiis corrumpendo,auferet iu
ge sacrificium quando hostiam laudis Christo dei filio offerre in
ecclesia prohibebit,abominationem desolationis in loco sancto
statuet,quando diuinum cultum à Christianis sibi extorquebit
exhiberi, ita vt in templo dei sedens ostendat se tanquàm ipse sit
deus. Vnde multi nostrorum putant ob sęuitiæ & turpitudi
nis magnitudinem Domicianum siue Neronem Antichristū fo
re.Sed licet ipsi Antichristi fuerint ,quantū ad eius corpus perti
nent,& membra ipsius sunt;tamē ipse omniū iniquorū caput iu
☞ xta finem

a ¶ In curr.in quibus pugnabant reges antiquitus. b ¶ Et C
elep.Portantibus castra lignea, in quibus erant homines arma
ti desuper proicientes iacula. c ¶ Et equi. Circa elephantos or
dinatis, ne occiderentur ab aduersarius. d ¶ Et copiosa na
uium multitudine.inuadēs Aegyptum per terrā,& per mare.
e ¶ Et conuertit.Hic consequenter
ponitur Iudæorum multiplex oppres
sio,cùm dicitur:Et cōuertit Antio
chus. iter suum. f ¶ Postquam per
cussit Aegyp.modo dicto.g ¶ In cē
tesimo & quadragesimo & tertio
an.s.regni Grecorum.& per cōsequēs
anno sexto regis Antiochi,vt patet ex
prędictis.h ¶ Et ascendit ad Israel.
quia parata erat ad faciendum mala.
i ¶ Et intrauit in sanctificationē.
id est in templum quod iamdiu erat p
Zorobabel & socios eius rędificatū.
k ¶ Cum superbia.tractans contem
ptibiliter vasa sacra: ideo subditur:
l ¶ Et accepit altare aureum. in q̄
cremabatur thymiama ad honorē di
uinum.m ¶ Et candelabrum lu.nā
super illo erant septem lucernæ aureę.
n ¶ Et uniuers.ua.e.s. forcipes & e
munctoria, quæ omnia erant aurea,
Exod.xxv.o ¶ Et mensam proposi
tionis.super quā ponebantur duode
cim panes calidi in die sabbathi,p duo
decim tribub⁹ Israel.& in hoc signabat
qd' sacerdotibus debebatur à populo
victus. p ¶ Et libatoria.i.vasa,in q
bus probabantur liquida, de quibus
fiebant Libamina,quæ sunt oblatiōes
de liquidis. q ¶ Et phialas.id est va
sa,in quib⁹ reponebātur vnguenta & H
thymiamata. r ¶ Et mortariola au
rea.in quibus terebantur illa ex quibus componebant. s ¶ Et
uelum.diuidens inter sanctum & sanctumsanctorū. t ¶ Et co
ronas.existentes ibi ad ornamentum templi. v ¶ Et ornamen
tum aureum.id est cortinam aurifrigiatam. x ¶ Et commi
nuit omnia & accepit.id est in puluerem redegit,vt dicunt ali
qui expositores,sed non est verisimile, quòd tam pretiosa vellet
sic contererетiō dicitur qd' comminuit.i. à propria forma trans
mutauit, materiam retinens ad alios vsus ad suam vtilitatem.

✠ Et ingemuerunt

✠e ¶ Et conuertit Antiochus.Sequitur: h ¶ Et ascendit Moraliter
ad Israel.per quod significatur claustrum religionis,vt dictum
est.Dicit autem Gregorius homil.x. Certe iniquorum omnium
diabolus caput est:propter quod caput est iniqui prælati,& ideo
de vno sit transitus ad alium propter cōnexionem eorum. Ideo
Antiochus qui prius significauit prælatum iniquum, hic signifi
care potest diabolum,qui ascendit ad Israel subuertendo statum
religiosum,ideo sequitur: l ¶ Et accepit altare aureum.in
quo cremabatur incensum:ideo significat orationem deuotam,
sicut dicitur Psalmo.cd.a. Dirigatur oratio mea sicut incensum
in conspectu tuo. quæ multum est diminuta in locis religioso
rum. m ¶ Et candelabrum luminis. Per quod significatur
sacræ scripturæ studium, sicut dicitur Psal.cxviij.o. Lucerna pe
dibus meis verbum tuum,& lumen semitis meis:quod est multū
diminutum in religione,& quasi ablatum.Nam multi libentius
student iura ciuilia,& aliqui philosophica,& aliqui curiosa & in
utilia.Et quod deterius est superstitiosa. o ¶ Et mensam pro
positionis.in qua ponebantur panes ideo significat celebratio
nem missæ,in qua consecratur panis vitæ.Hæc autem est oblata
pro magna parte,quia sacerdotes religiosi solebant celebrare q̄
si quotidie: nunc autem multi celebrant valde raro & sine debi
ta præparatione. p ¶ Et libatoria & phialas & mortario
la aurea, & uelum & coronas & ornamentum aureum.
per ista significantur illa quæ valent ad tria prædicta,scilicet ora
tionem,sacræ scripturę lectionem,& missę celebrationē. x ¶ Et
accepit argētum.locutionis mundæ;Psal.xj.b. Eloquia domi
ni eloquia casta, argentum igne examinatum. y ¶ Et aurum.
charitatis fraternæ,quæ tanquam aurum, est pretiosior inter vir
tutes ad proximum. z ¶ Occultos thesauros. scilicet
pœnitentiæ occultæ & orationes priuatæ. Ista nanque nititur
diabolus à religiosis auferre. & absulit pro magna parte.

✠ Et ingemuerunt

Extra finē mundi venturus est,qñ iuxta veritatis sententiā erit tribulatio talis qualis non fuit ab initio mūdi vsq; modò, nec fiet
Mat.24.b. 1.Ioh.2.c. postea. Verū iuxta Iohannis vocē Antichristi iā multi sunt,quia per mēbra sua idē malignus hostis iam mysteriū opat iniqtatis, p hæreticos videlicet schismaticos atq; paganos, & seducit multos:tunc etiā si fieri potest ipse scādalizat electos,qa soluit Satanas de carcere suo,& totū furorē suum quantū permittit,in Christolicas pfundit. Tollit ergo Antiochus de Ierusalē altare aureū:qñ eos qui perfectiores esse videbāt,& p populi statu non mediocriter dominum exorare,suasu maligno euellit de ecclesia. Tollit & candelabrum luminis & vniuersa vasa eius,qñ eos q̄ prędicatiōis officio fūgebant,& veluti luminaria per diuersas species dogmatum in populo dei lucere debuerūt,siue p metū siue per cupiditatē terrenā de ordie suo pręcipitauit. Tollit ergo, mensam ppositionis ac vasa ei⁹,quando scripturas sacras cū iniqua interpretatione confundere p hæreticos satagit,& eos q̄ in meditatiōe legis dei velut vasa mēsę dei,ac panes ppositionis cōmanere videbant,astutia nequitiæ suę corB rumpere,atq; in errorem seducere cōtendit. Velū quoq; & coronas & ornamētū aureū,qd in facie templi erat,idē antiquus hostis tollit:& cōminuito mnia,quando literā legis dei,i qua sapīa diuina ac mysteria cælestia latent,& vbi corona ppetuæ mercedis,& bene laborātibus,& præceptā dei seruantib⁹,in regno cęlesti,ac claritate ppetua pcipienda ,pmittit)cōtritis sentētiis ac sensu deprauato in alienū itellectum cōuertit, animasq; sibi obedientes hoc mō decipit. Nam aurū argētūq; & thesauros occultos nihil aliud intelligo q̄ eloquiū ventūrę ac sensuū puritatē, cū thesauro ÿtuū,quę in occultis cordis apud fideles collocant. Hęc oīa diabolus de regno Christi auferre molit, cū possessores eorū his bonis spoliatos in baratrū suæ pditiōis secū trahere conat. Hinc q̄tidie planct⁹ & gemit⁹ in ecclesia nascāt,cū de casu ,pximorū p cōpassionē cœt⁹ fideliū nō mediocriter cōtristat. vnde sequit: a ¶ Et fecæ. Ois dignitas & ois ętas atq; ois sexus dolet tumultuāte pśecutore, qa nulla psona īmunis est à persecutiōe. Gemit q̄q; tā ,p suę trāquilitatis detrimento,q̄ etiā de fide cadentiū dāno. Quia sicut Paul⁹ ait:Sollicita sūt
†Tob.12.b. 1.Co.12.d. in Christi corpore ,p se inuicē mēbra, & si patitur vnū mēbrū,cōpatiuntur omnia membra. Vnde & idem apostolus contra eos scribens.qui vanā gloriam amabant,enumeratis laboribus suis quos ipse corporaliter sufferebat,subiunxit dicens:Prēter illa quæ intrinsecus sunt instantia mea quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum: Quis infirmatur,& ego non infir
2.Cor.11.f. Rom.12.c. mor? Quis scādalizatur,& ego nō vror? Si gloriari oportet,quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Et alibi: Gaudēte ait cū gaudentibus,flete cum flentibus,idipsum inuicem sentientes, non alta sapientes,sed humilibus consentientes. b ¶ ¶ Et post duos annos dierum misit rex principē. Diximus superius,quòd Antiochus teneret Typum Antichristi:similiter idem perditionis filius hoc in loco,princeps tributorū accipi potest:quem princeps huius mundi & rector tenebrarum harum diabolus ad hoc incitat,vt in ciuitatibus Iudę(hoc est in ecclesijs Christi) tributū peccatorū sibi soluere exigat. Tamen hoc non vbiq; vim agēdo pśecutionū expostulat,sed aliqñ tormētis:aliqñ blandimētis, aliqñ minis & aperta sęuitia,aliquando autem fraude & dolo. Vnde scriptum est: Locutus est ad eos uer-pa-in do. Sed q̄ credidерit ei

[a] ram suam. Et fecit cędem hominum,& locutus est in superbia magna. Et factus est plāctus magnus in Israēl,& in omni loco eorum. Et ingemuerūt principes, [a] & seniores,& iuuenes & uirgines infirmati sunt,& speciositas mulierum immutata est. Omnis maritus sumpsit lamentum,& quæ sedebant in thoro maritali,lugebāt. Et commota est terra su[b] per habitantes in ea,& uniuersa domus [b] Iacob induit confusionem. Et post duos annos dierum misit rex principem tributorum in ciuitates Iuda, & uenit [c] Ierusalem cum turba magna. Et loquutus est ad eos uerba pacifica in dolo,& [c] crediderunt ei. Et irruit super ciuitatem [d] repentē,& percussit eam plaga magna, & perdidit populum multum ex Israēl, Et accepit spolia ciuitatis, & succendit eam igni, & destruxit domos eus, & [e] muros eius in circumitu,& captiuas duxerunt mulieres & natos,& pecora possederunt. Et ædificauerūt ciuitatem Da[f] uid muro magno & firmo & turribus firmis,& facta est illis in arcem. Et posuerunt illic gentem peccatricem,uiros in [k] iquos,& conualuerunt in ea. Et posuerunt arma & escas, & congregauerunt spolia Ierusalem, & reposuerunt illic: & facti sunt in laqueum magnum. Et fa[l] [m] ctum hoc ad insidias sanctificationi, & [n] in diabolum malum in Israēl. Et effuderunt sanguinem innocentē per circumitum sanctificationis. Et contaminauerunt sanctificationem,& fugerunt habitatores Ierusalē propter eos,& facta est [o] habitatio exterorum,& facta est extera semini suo,& nati eius reliquerunt eam. Sanctificatio eius desolata est, sicut soli [p] tudo: †dies festi eius conuersi sunt in luctum. Sabbatha⁹ eius in opprobrium,

rit ei sibimetipsi pditionē prępărat. Agit em̄ hoc idē hostis nefan C
dissimus suasu maligno,& signis atq; prodigiis mendacibus, vt eum homines deum esse credant, & diuiuū cultū illi exhibeant. Qui ergo sibi credunt,hos in anima spiritualiter occidit. Qui aūt reluctant corporali cruciatu eos affligit. Vnde euenit, qd cū magno dolore mentis legēdum est, vt per dat populum multū ex Israel,cū plurimos de Christiana religione in aposiam conuertit. Accipit spolia ciuitatis,cū ornamenta ecclesię tollit. Succē ditq; eā igne, cū pśecutione deuastat. Destruit domos eius & muros in circumitu⁹, cū plebes credentiū dissipat ac defensores eorū:hoc est doctores enecat:captiuasq; ducit mulieres & natos & pecora:qa illi qui molliciē animi habēt,& pueri sunt sensibus: ac carnalibus desiderijs seruientes more brutorū animaliū viuunt,captiuati ac laqueo antiqui hostis maxiē patent. Deuastatis ecclesijs Christi & dispersis ,pter persecutionē ministris ipsius hostis malignus in loco eorū arcē impietatis erigere, & blasphemos cultores substituere molit quatenus si possibile sit p prauos hoies nomen Christianum (qd solū in orbe prędualuit) funditꝰ deleat;& diaboli volūtas ī pollutiōe idolorū & multiplicitate pctōrū expleat. vñ seqt: c ¶ Et effuderunt. Igit habitatores Ierusalē fugiunt qñ persecutione seruēte alij corporaliter fugiūt,vt nō scādalizent,alij mēte fugiunt & scandalū graue ī aiabus suis pa-
Extiunt:alij vsq;

Nicolaus de Lyra.

a Et ingemue.prin.& se. rantis malis occurrere nō valētes.b ¶ Et cō mo.est ter.su.ha.ī ea.i.i suo decore trāsmutata ,pter miseriā habitātium in ea.c ¶ Et post du.an.hīc cōsequēter ponit pśecutio quā fecit Antioch⁹ p suū ducē fallaciā:ō subdit:d ¶ Et locu.significās q̄ venisset ,p bono statu ciuitatis reformādo,e ¶ Et cre.ei.cū intra recipiēdo. f ¶ Et ir.su.ci.re.ciuibus non cogitātibus de defensione. g ¶ Et destruxit.notabiles & fortes ne post eius recessum Iudei possent ibi tueri. h ¶ Et muros eius i circumitu & captiuas duxer. faciendo ibi multas aperturas, per quas equites & pedites multi possent ingredi liberē si Iudei vellēt in aliquo rebellare.i ¶ Et ædifi.ci.Da.i.arcē Sion. k ¶ Et fa.est il.ī ar.i.in fortaliriū cōtra ciuitatis populum ,ideo subdit postea: l ¶ Et fa.sunt in la.ma.ad capiendum ciues & spoliandum. m ¶ Et factum est hoc ad insidias sanctificationi. id est loco tēpli:ne cult⁹ diuin⁹ ibi posset exerceri,nā de arce poterāt super deum colentes iacula proiicere.eò quòd erat prope tēplū. Amos.8.c.
o ¶ Et in diabolum malum alias magnum.homines enim pessimi dicuntur diaboli per quandam similitudinem.& accipit hic singulare pro plurali, diabolum,id est diabolos. o ¶ Et fa.est ha.exte.i.extraneorū. p ¶ Sanctificatio e.defo.est sicut solitudo.In loco em̄ tēpli creuerunt arbusta,vt dicit infrà.iii.c.

Secundum glo

[*] a ¶ Et ingemuerunt principes & seniores. Nam valentes viri qui viderunt in religione sua feruorem deuotionis,& modo vident reporem relaxationis,molestē ferunt in cordibus suis. Moraliter
c ¶ Et post duos annos dierum misit rex principem tributo. Per istum principem tributorum significatur princeps vel prælat⁹,q̄ studet vi vel fraude rapere bona subditorū. Et iste mittitur à diabolo,qui dicitur rex super omnes filios superbię: qa promouetur vel instituitur ipso procurante. Et ad hoc subditur de structio cultus diuini & pacis populi, sicut describit hic diffuse. Ioh.41.d.

 [*] Et scripsit

Ur tiunt, alij vsq; ad mortē in cōfessione Christi pseuerāt, & liberi à
E persecutorū manibus in cęlos effugiūt, vt remunerent. Fitq; ter-
ra sancta habitatio exterorū, qñ mēbris Christi per martyriū co-
ronādis in toto mūdo multiplicat numerus psecutorū, dies fe-
sti eius cōuertunt in luctū, qñ ritus celeberrimus religiōis Christi
anę nō pmittit habere sui fulgoris orna
tum: Et Sabbatha ei⁹ in opprobrium, cū
spes quā habēt in futura aiarum requie
aboletur, vt ab hoste eliditur fidelium.
Sed m gloriā eius multiplicata est
ignominia eius. Fœdatur em gīa ec-
clesiæ infidelium ignominia, qñ inimi-
co dñante gloria cælestiū sacramētorū
& honestas diuinorum officiorū impijs
blasphemātib⁹ maximū sustinet oppro
briū. a ¶ Et scripsit. Scriptura & epi-
stola spiritalis Antiochi, Philosophi sūt
Gētiliū, & hęretici atq; schismatici Chri
stianorū, q veritatē legis Christi atq; sa
tū catholicę Fidei subuertere cupiūt, q-
bus dolor est cultus diuinus & religio
Christiana: sed q magis p errorē studēt
sibi hoies adunare, eo magis faciūt illos
ab inuicē discordare, qa nec ipsi inter se
inuicē cōeordāt, sed varijs sectis dissenti
entes discrepant; & ideo minus se obsc-
quētes, & in vnitate cōsociare prealēt.
Inter supbos em (scriptura teste) semp
iurgia sunt. Et iuxta veritatis sententiā.
Omne regnū in seipsum diuisum deso-
labit, & domus super domū cadet. Mā-
dāt libri & epistolę Antiochi, in Ieruſa-
lē & in ciuitatib⁹ Iudę, vt sequant leges
gentiū terrę, & desināt holocausta & sa
crificia & placationes facere in templo
dei: qa maxia cura maximūq; studiū est
hęreticis atq; paganis, vt in ecclesia Chri
sti cultū diuinū seu cōfundant seu peni-
tus extinguant: ne synceritas rectę fidei
quę p dilectionē operat, i ara cordis cre
dentis gratū holocaustū deo offeratur:
nec sacrificia mystica corporis & sangui
nis dñi cū sacra fideliū oratione atq; pla
catione bonorū actuū in verò templo
dei oim creatori & bonorū largitori di
gne exhibeantur. Prohibent celebrare
Sabbathū qa negāt in cęlesti regno sāc-
tā rum requiem futurā esse animarū. Iu-
bēt ędificari aras & tēpla & idola, qa mē
tes fideliū malignorū spirituū cupiūt ef
ficere vasa. Immolari carnes suillas &
pecora cōia: hoc est immundam ducere
vitam, & brutorū animaliū more in lu
xuria atq; cōcupiscentiis carnis conuer-
sari. Relinquere filios suos incircūcisos:
hoc est nulla custodia, nulla cōtinentia,
nullaq; discretione cogitationes sermo
nes atq; opera temperare, ita vt obliui-
scantur legē diuinā, & immutēt iustifi-
cationes dei in diuersorū scelerū factu-
rā. Et hęc omnia nō solū sermonū, sed e-
tiā diuersarū pœnarū fieri cogūt tormē
to. Vnde sequitur: b ¶ Et quicunque. Incandescit crudelitas
quando seruet impietas, sæuit immanitas: quando ęstuat cupidi-
tas. Omni regno suo Antiochus per scripturas indicit tormenta
& mortem ingerere cultoribus dei. Sic & Antichristus per mini-
stros suos scelestissimos varia exquiret pœnarum genera, quate-
nus Christicolas à statu religionis sanctissimæ euellat, conterat
atque disperdat. c ¶ Die quintadecima Mensis Casleu, idem
est apud Græcos qui apud Latinos dicitur december. In huius
mensis die quintadecima, anno centesimo quadragesimo quin-
to regni Græcorum: quod à primo anno Seleuci computa-
re incipiunt, Antiochus Epiphanes abominandum idolum deso
lationis, in templo statuit dei, hoc est simulachrum Iouis Olym-
pij. Principatus autem sui anno octauo quo videlicet anno in
Samaria super verticem montis Garizim, Iouis peregrini siue ho
spitalis delubrum ædificauit, ipsis Samaritanis, vt id faceret per
epistolam precantibus, sicut Iosephus testis est. Sed legimus in
Euangelio

Mystice

Prou.13. b.

Matt.12.b.

Ioseph⁹ libr.12.anti qui.ca.7.

honores eius in nihilū. Secundum a
gloriam eius multiplicata est igno b
minia eius, & sublimitas eius con-
uersa est in luctū. Et scripsit rex An c
tiochus omni regno suo, ut esset o- d
mnis populus unus. Et reliquerūt e
unusquisq; legē suam, & consense
runt omnes gentes secundū uerbū
regis Antiochi. Et multi ex Israël g
consenserūt ei, & sacrificauerūt ido
lis, & coinquinauerūt Sabbathū.
Et misit rex Antiochus libros per h
manus nuntiorū in Ieruſalē, & in
omnes ciuitates Iudę, ut sequeren- i
tur leges gentiū terræ, & prohibe- k
rent holocausta & sacrificia, & pla l
cationes fieri in templo dei, & pro- m
hiberent celebrari Sabbathū & di- n
es solennes. Et iusſit coinquinari o
sancta, & sanctū populū Israël. Et p
iusſit ædificari aras & tēpla & ido-
la, & immolari carnes suillas & pe r
cora cōmunia, & relinquere filios
suos incircunciſos, & coinquina- s
ri animas eorū in omnibus immun
diciis & abominationibus, ita ut t
obliuiſcerentur legē, & immuta- x
b rent oēs iustificationes dei. Et qui-
cunq; nō feciſſent secūdū uerbū re-
gis Antiochi, morerent. Secundū
omnia uerba hæc scripſit omni re-
gno suo, & prepoſuit principes po
pulo qui hæc fieri cogerent. Et iuſ-
serunt ciuitatibus Iudę sacrificare.
Et congregati sunt multi de popu
lo ad eos q dereliquerāt legem dñi,
& fecerunt mala super terrā, & effu y
gauerunt populū Israël in abditis
& in abſconditis fugitiuorum lo-
c cis. Die quintadecima mensis Caſ
leu, qnto & quadrageſimo & cēteſi z
mo anno, ędificauit rex Antiochus a
super

Euangelio Matthęū, ſaluatorē diſcipulis interrogātibus C
de ſigno aduētus ſui & cōſummatione ſeculi, inter alia reſpōdiſ
ſe: Cùm ergo videritis deſolatiōis abominationē quæ dicta eſt à Mat.24.b.
Daniele propheta, ſtantē in loco ſancto, q legit intelligat, qñ ad
intelligentiā ſuorum, myſticū mōſtrat eſſe qđ dictū eſt. Scri-
ptum eſt autem ī Daniele hoc modo: Et Dani.9.g.
in medio hebdomadis auferet ſacrificiū
meū & Libamina, & ī tēplo deſolationū
abominatio erit vſq; ad cōſummationē
tēporis: & cōſummatio dabit ſup ſolitu
dinē. De hoc apſtis loquit qđ homo iniq- 2.Theſſa.2.a.
Nicolaus de Lyra. Vr tatis ad

a ¶ Secund. gloriam ei⁹. ſpe Salo
monis. b ¶ Multiplicata eſt igno. e.
tempore Antiochi illuſtris. c ¶ Et ſcri-
rex. Hic conſequęter deſcribit pſecutio
regis Antiochi per nuntios & ſcripturā:
In qua prię præcepit legē Moſaicā abole
ri. ideo dicit: Et ſcripſit rex. per decretū
firmum: d ¶ Vt eſſet omnis populus,
regni ſui. e ¶ Vnus. i. vni⁹ legis & ri⁹. Vide Ioſe-
f ¶ Et reli-unuſ. Gentiliū, aliū ritū ha- phum libr.
bentiū q̄; Antiochus. g ¶ Et multi ex 12.cap.6.7.
Iſrael cō. ei. aliqui timore, aliqui fauo- 8.9.
re. h ¶ Et miſit r. An. libros. i. epiſto-
las decretū ſuū cōtinentes. i ¶ Vt ſeque
ren. le. gen. idololatrarū. k ¶ Et pro-
holaucauſta. quæ roraliter incendeban
tur ad honorem diuinum. l ¶ Et ſacri-
ficia. pro peccatis oblata. m ¶ Et pla-
ca. id eſt ſacrificia pacifica, de quibus ha-
betur in Leuit. n ¶ Et prohi. cele. Sab.
pro beneficio creationis omniū. o ¶ Et
dies ſolennes. vt Paſchę, Pentecoſtes &
huiuſmodi. p ¶ Et iuſsit coinquina-
ri ſan. i. templi loca. q ¶ Et ſanctum
populum Iſrael. q dicit ſanctus, q̄ præ H
cæteris populis erat ad diuinū cultū de-
putatus, vnde & res inanimatæ quę diui
no cultui deputant, dicunt ſanctæ, vt veſ-
tes & vaſa & ſimilia. r ¶ Et pecora
cō. i. immunda ſecūdum legem Moyſi.
s ¶ Et coinquina. ani. eo. in omni. i-
mun. i. cibis lege. phibitis. t ¶ Et abo-
minationibus. i. idololatrijs, quæ abo-
minatiōes dicūtur in ve. teſta. v ¶ Eta ut
obliuiſceren. le. per conſuetudinem le-
gi contrariam. x ¶ Et immutarent o.
iuſti dei. id eſt oblationes & ſacrifica,
quæ offerebantur deo cęli. Cętera patēt
vſq; ibi. y ¶ Et effuga. po. dei in ab.
quia nolentes idololatrare fugiebāt oc-
cultē ad ſpelūcas montiū, vt habeē infrà
ſe. c. Sed o, præcepit idololatriā .pfiteri:
iō dicit: z ¶ Die quinta menſis Caſ.
id eſt decembris, vt dicunt aliq; ſed me-
lius videt qđ corrūdet nouēbrinā apud
Heb. eſt tertiꝰ à ſeptimo menſe cōputato
vtroq;, qui ſeptimus correſpondet ſepte-
bri noſtro. aliq; tamen pro parte cōcur-
rit cū octobri nō. & p cōſequens Caſleu
ſimiliter cū decembri. Et ratio huius eſt. quia Iudei faciunt men-
ſes per lunatiōes, ſicut plenius declaraui Geneſis ſeptimo & Exo.
duodecimo. a ¶ Quito & quadrāgeſimo & centeſimo an
no. ſcilicet regni Græcorum: b ¶ Aedificauit. id eſt ſtatui fecit.
Abominandum Moraliter
c ¶ Et ſcripſit rex Anti. Iſta diaboli ſcriptura eſt infidelium
& hæreticorum peruerſa doctrina: qua ſi quis imbuitur, de po-
pulo diaboli efficitur. & ad hoc diuinę legis deſtructio ſequitur:
& eius obſeruatores miſerabiliter affligunt. b ¶ Aedificau-
rex Antiochus. per quod ſignificatur prælatus abominabilis p
pter defectū ſcientię & vitę, qui diaboli procuratiōe ponit ſup ec-
deſiam dei, de quo dicitur Zacha. xj. d. O paſtor & idolum dere-
lin. gre. ideo dicitur idolum deſolationis: nā p eū deſolat eccleſia
in ſpiritualib⁹ & tēporalib⁹ bonis, & huic idolo ſacrificāt ſuſtinē
tes cum & miniſtrantes ſibi in operibus malis: q remūt ſacrifica-
re, occidunt: qa bona de quibus debēt viuere, vi vſtraude rapiūt.

Ioseph. li. 12. antiq. c. 6.

Psal. 11. b.

Matt. 7. b.

Allego.

1. Cor. 8. g.

tatis aduersarius eleuādus sit cōtra omne qđ dicit deus & colit, ita vt audeat stare in tēplo dei, & ostēdere qp ipse dūs sit: cui⁹ ad uētus secundū operationē Sathanę destruet eos, & ad solitudinē rediget qui susceperint. Potest autē simpliciter aut de Antichristo accipi, aut de imagine Cęsaris quam Pilatus posuit in tēplo, aut de Adriani cōsari statua, quę in ipso sctō sctōrū loco vsq; in presentē diē sterit. Abominatio quoq; secūdū veritatē scripturarū idolū nūcupat: & id circo addit desolatio, qp in desolato tēplo atq; deserto idolū positū sit. Statuto aūt idolo zelii tēplo dei p vniuersas ciuitates Iudæ, ministri regis neqssimi ędificāt aras in cīuitu, & ante ianuas domorū & i plateis incēdūt thura & sacrificāt. qa regnante in mūdo antichristo, astipulatores ei⁹ & oēs iniq reiecto vero vni⁹ dei cultu. & spreta dei domo quę est sctā eccīa, confusa mēte turbatoq; ordine, in diuersis locis variorū errorū & multipliciū scelerū, dæmonis funesta deferrēt sacrificia. Et bene dicit, qp in circuitu ędificauerūt aras, quia simplicitate vitatis relicta errūneas ipietatis sequūt sectas. In circuitu eīn (vt psalmista testat) oēs ipī ambulāt, & anteianuas ędiculorū, atq; in plateis incēdūt thura & sacrificāt q introire ad altare dei, ibi dęq; inēsum purę orōnis deo inferre nō merēt, sed in lata ac spaciosa via quę ducit ad mortē actus suos ac verba secū hosti detulerūt maligno. Et libros inqt legis dei cōbusserūt igni scindētes eos. Libros dei scindūt cōburūtq; igni, q p cupiditatis ignē legis dei synceritatē, hæretica pravitate à rectitudis suæ statu discindere cupiūt, sanctosq; prædicatores qb⁹ thesaurus testamētorū dei commēdatus est, malitiæ suæ mucrone trucidare gestiunt.

a ¶ Et qn. & vice. die. Quid p vicenariū numerū & qntū nisi illi designāt qui qnq; sensib⁹ corpis, carnalibus desideriis ipliciti, legi dei quæ in duob⁹ testamētis & in duob⁹ pręceptis, dilectiōe videlicet dei & pximi cōstat, cōtraria faciūt ac sapiūt: Viginti ergo & qnq;, qnario nūero i semetipo multiplicato cōficiūt. Meritoq; hic nūerus desertorib⁹ legis dei cōparat, q p vnumquęq; sensum corporis, hoc est p visū, auditū, gustū, odoratū. & tactū pręceptis diuinis quæ in Pētateucho cōscripta sunt aduersant: & iō dicit qp sacrificauerūt sup arā quæ erat contra altare: qa in altari ipietatis (qđ superbia erexerat cōtra altare Fidei catholicæ) oēs iniq actuū, ac verborum suorū diabolo infausta īmolāt sacrificia. b ¶ Et mulie. Patet historiæ sensus q exponit; tormēta quę pśecutores nefandi & tūc in veteri testamēto, & nūc similiter in nouo cultoribus dei ingerūt. Nec facile est cuiq; enumerare oīa suppliciorū genera quæ tortores neqssimi martirib⁹ Christi infligebāt. Sed iuxta allegoriā qđ p mulieres quę circūcidebāt filios suos nisi honestæ fideliū pśonæ mōstrant: quæ actū⁹ suos & sermones atq; cogitatus sūma discretiōe circūspicerēt, qđquid in eis superfluū reperiunt gladio spūs amputare festināt. Has spiritalis Antiochus trucidare desiderat: qa aut corporaliter eas p tormēta ferire: aut spiritualiter p abnegationē in aīa necare decertat. Interpretat aūt Antiochus pauptatis sīlētiū: Et merito hoc nomine cēsef q expers spiritalis scientiæ, inops sacrarū virtutū est: hoc qđ ipse minime in se habet p inuidētiā in alīs pśequitur. Vū bñ subiungit: c ¶ Et suspendebāt (inqt) pueros suos a cer. p do. eo. Quia illos qui non sensu sed malitia sunt parvuli & humiles spū: propter cōfessionē fidei interimere nō tardāt. Similiter & illos q circūciderunt eos trucidabāt: qa prędicatores sanctos q cultrę pietatis ac verbo Euāgelicæ doctrinæ subditos suos coercētes castigāt: maxime persecutionum molestīs infestāt. d ¶ Et multi &c. Nulla pśecutio nullaq; tribulatio sanctos dei qui prædestinati sunt & vocati secūdū præscientiā dei patris, a fide Christi vnq; euellere potuit, sed in veritate persistentes, nec idolothita manducabāt, nec immundicia peccatorū coinquirari consentiebant, nec etiam legem dei sanctam hęretica pravitate infringere atq; corrumpere C patiebātur, sed magis eligebāt pro nomine Christi mori, quā cōsentirei mpietati. Vnde quidā illorū hac cōfidētia fretus ad discipulos scribēs ita testatus est dicēs: Certus sum eīn qa neq; mors, neq; vita, neq; āgel⁹, neq; principat⁹, neq; istātia, neq; futura, neq; virt⁹, neq; altitudo, neq; pfūdū, neq; cretura alia poterit nos separare à Charitate dei quæ est in Christo Iesu domino nostro. Sed quæ consolatio laborantibus seruis dei missa sit, videamus. Rom. 8. g.

GLO S. ORDI. Cap. II.

IN diebus illis. In libro Danielis (vbi huius loci mentio sub amigmare facta est) ita scriptū reperit; Et ipī in testamentī simulabūt fraudulēter. Populꝰ autem sciēs deū suū obtinebit & faciet: & docti in populo docebūt plurimos: & ruēt in gladio, & in flāma, & in captiuitate, & in rapina dierū: Cūq; corruerint subleuabūtur auxilio paruulo: & applicabūt ei⁹ plurimi fraudulēter: & de eruditis ruēt vt cōflent & eligāt & dealbēt vsq; ad tempus præfinitū: qa adhuc aliud tēpus erit. Quāta Iudei ab Antiocho passi sunt pręsens historia Machabęorū refert: & trium phi eorū testimonio sunt: q p custodia legis dei flāmas & gladios & seruitutem ac rapinas & pœnas vltimas sustinuerunt, quę futura sub Antichristo nemo ē q dubitet: multis resistentib⁹ potēcię ei⁹: & i diuersa fugientib⁹. Quę Hebrei in vltima euersiōe tēpli quę sub Vespasiano & Tito accidit interpretāt fuisse de ppō plurimos q scirēt deū suū: & p custodia legis dei interfecti sūt. Cūq; corruerit (inqt) subleua D bunt auxilio puulo: & applicabūt eis plu

Dan. 11. c. † Suprā

Nico. de Lyra.

rimi fraudulēter. a ¶ Abo. ido. s. Iouis olīpii. b ¶ Dę sola. qa erat signū desolationis tēpli. Tertio præcepit legē Mosaicā destrui. Ideo dicit. c ¶ Et li. le. dei cōb. igni. Quarto præcepit oēs legis obseruatores trucidari. iō dicit. d ¶ Et qui. Et patet litera vsq; ibi. e ¶ Et quin. & ui. die men. Casseu. f ¶ Sacri. su. aram quæ erat con. alta. scilicet dei: super quod erat idolū positū & sic ara in qua sacrificabāt idolo erat posita contra altare dei. g ¶ Et suspendebant pue. a cer. i. per colla sumibus iuxta ceruices trāseuntibus. Cætera patent.

NI. DE LYRA.

CAP. II.

IN dieb. illis surr. Mata. Posita deiectione populi p Antiochum Epiphanē. Hic consequenter ponitur aliqualis eius releuatio per Matathiā: vbi primo ponitur audacia zelantis. Secundo consilia tolerantis ibi: Et exclamauit. Tertio prouidētia moriētis ibi: Et appropinquauerunt. Circa primū: Primo ponit⁹ humiliationis. Secundo ausus cōfessionis ibi: Et venerūt illud. Tertio zelus emulationis ibi: Et vt cessauit: Circa primum præmittitur genus Matathiæ cùm dicitur: h ¶ In diebus illis surrexit Matathias. Iohannis. Et eius officium cum dicitur. i ¶ Sacerdos ex filiis Ioarim. Iste fuit vnus de viginti quatuor sacerdotibus quos instituit David ad augmentationem diuini cultus primo Paralipomenon. xxiiij. c. Et dicunt aliqui qp iste vocatur ibi Ioachin qui habuit sortē vicesimā primā. Videt tū mihi qmeli⁹ dicit ibi † Ioarib qui habuit sortem primā. Nomina enim hebræa frequēter mutant in vltima litera sicut & latina: & hoc patet ex hoc

Diuisio

† Ioarib

Moraliter. h ¶ In diebus illis surrexit Matathias &c. Matathias qui interpretatur deo datus vel donum dei, bonum prælatum significat qui datus est a deo per sanctam volūtatem & donum dei: qa promotus est p istinctum spiritus sancti

Moraliter

abominādum idolum desolationis super altare dei, & per uniuersas ciuitates Iudę in circuitu ędificauerunt aras, & ante ianuas domorū, & in plateis incēdebāt thura & sacrificabant. Et libros legis dei cōbusserūt igni scindētes eos, & apud quēcunq; inueniebantur libri testamēti domini, & quicūq; obseruabat legē dñi, secundū ędictum regis trucidabāt eum. In uirtute sua faciebāt hęc populo Israēl, qui inueniebātur in omni mense in ciuitatibus. Et quinta & uicesima die mensis sacrificabāt super aram quę erat † cōtra altare. Et mulieres quę circūcidebāt filios suos trucidabātur secundū iussum regis Antiochi, & suspēdebant pueros à ceruicibus per uniuersas domos eorum, & eos qui circuncidebant illos trucidabāt. Et multi de populo Israēl diffinierūt apud se, ut non manducarēt immunda, & elegerūt magis mori, quàm cibis coinquinari immundis. Et nolue runt infringere legē dei sanctam, & trucidati sunt. Et facta est ira magna super populum ualde.

a b c d e f

Cap. II.

IN diebus illis surrexit Matathias filius Iohannis, filij Simonis sacerdos

rimi fraudulenter, & de eruditis ruent vt cōsilenē & eligantur & E dealbenē vsq; ad præfinitū tps,qa adhuc aliud tēpus erit.Paruū auxiliū Matathiā historialiter significat,de vico Modin,qui aduersum duces Antiochi rebellauit, & cultū veri dei seruare conatus est.Paruū autē cōsiliū inde vocat,qa nō lōgo tpe post in choatā defensionē vixit,sed vno euoluto anno defunct⁹ est.Et postea Iudas filiꝰ eius q vocabat Machabęꝰ pugnans cecidit,& cæteri fratres eius aduersariorū fraude decepti sunt. ¶Mystice aūt Matathias dñm saluatorē significat,q princeps est populi dei,& defensor electorū suorū,cuiꝰ filij pugnāt,p domo Israel,descenderūt sanctuariū dei ac legē diuinā.Interpretat aūt Matathias,donū dei.cuiꝰ nominis arcanū ipsiꝰ incarnationis nobis patefecit sacramētum. Mystice

Iohā.3.b. Vñ & ipe ait in Euāgelio: Sic em deus dilexit mūdū,vt filiū suū vnigenitū daret,vt omnis qui credit in eū nō pereat sed habeat vitā ęternā. Qui em datus à deo est,pfectō dei donū est. Sed hęc de incarnatiōe ipsiꝰ tātū dicta sunt.Cæterum de diuinitate eiꝰ,qua ęqualis est pri &spūisctō:simul cū patre &spūisctō ipam dispēsationē facere credi oportet Sicut & spūssanctꝰ donū dei legit, sed tū cū pre & filio vnꝰ deꝰ credit atq; adoraf. Vñ in Euangelio,& missus legit,&

Iohā.14.b. spōte venisse,vt est illud dñicum: Ro-

Ibid.15.d. gabo patrē,& aliū paraclētū dabit vobis.Et itē:Cū aūt venerit ingt paraclet⁹,quē ego mittā vobis à pre spm veritatis,q à pre ꝓcedit,ille testimoniū p hibebit de me.Et alibi ipsa veritas ad

Iohā.3.a. Nicodemū ait:Spūs vbi vult spirat,& vocē eius audis,& nescis vnde veniat, aut q̄ vadat.Hic ergo Matathias narraf filiꝰ eē Iohānis filij Simeonis sacerdos ex filiis Ioarim, Iohānes interp̄taf F gra dei.Simeon audiens, Ioarim dñs exaltās,Recte ergo hæ interpretatiōes huic mysterio cōpetūt,qa

Ebre.2.c. mediator dei & hoim gra dei dici pōt.Vt est illud Apli:Gra dei pro omnis gustauit mortem. Et audiens quia ipse in Euange-

Iohā.8.d. lio ait:Quę audiui à patre,hæc loquor in mundo. Et dominus

Psal.20.c. exaltās,de quo ꝓpheta ait:Exaltare domine in virtute tua. Ipse

ibid.109.a. enim merito sacerdos nominatur,de quo scriptum est: Iurauit

Quare qn. dominus & nō pœnitebit eum,tu es sacerdos in æternum &c.

cp filij Matathiæ Huius Matathiæ filij sunt omnes sancti,qui & corpus eius & mēbra dicuntur.Sed quomō quinario numero designari possint non inconuenienter quæritur.Tot em leguntur filij Matathiæ historice fuisse, hoc est Iohannam, qui cognominabaf Gaddis, & Simeon q cognominabatur Thasi,&Iudas q cognominabatur Machabęus & Eleazar q cognominabatur Abaron,& Ionathas q cognominabaf Apphus.Videam⁹ ergo si alicubi iste numerus

Eph.4.b. in nouo testamento eandē rem exprimere inueniatur. Legimus quoq; Paulum apostolū ad Ephesios de Christo itadicentē: Qui descendit ipse est,& q ascendit super omnes cælos vt impleret omnia:& ipse dedit quosdā qdem apostolos, quosdā aūt prophetas,alios verò euāgelistas,alios aūt pastores & doctores,adcō summationē sanctorū in opꝰ ministerij ad ędificationē corporis Christi. Ecce hic qnq; species denotanē in illis psonis quas diuina vocatio ad magisteriū ordinauit ecclesiæ.Sed consideremus, quomodo ipsi filij Matathiæ cū interpretationibus nominū suorū his speciebus possint aptari.Primꝰ ergo filiorū illius nūcupatur Iohānan,qui cognominabatur Gaddis,Ioannan quoq; dominus gratia eius.Gaddi autē hædus siue tentatio mea.Bene ergo hęc nomina ordini apostolorū(nisi fallor) conueniunt, qui per domini gratiā ad culmen honoris huius electi sunt, sed tū à peccatoribus multas ꝓpessi sunt tentationes atq; iniurias, quod

Iohan.15.c. idem saluator prędicere eis videtur,cū in Euangelio ait:Ego vos

Matt.10.b. elegi de mūdo vt eatis & fructū plurimū afferatis,& fru.ve.mane at.Et item:Ecce ego mitto vos sicut oues in medio lupo. Estote ergo prudentes sicut serpentes,& simplices sicut columbæ & reliqua.Ecce q gratia dñi sunt repleti malorū oīm demōstrantur cōtumeliis nō mediocriter afflicti,Sed's aūt filiorum Matathiæ fuit Symeon,q cognominabaf Thasi:q in sequētib⁹ plerisq; locis Simō noiaf.Simon ergo siue Symeon interpretaf audiens siue audiuit tristi riam.Thasi exploratio gaudñ.Nec inconuenien G ter hęc ꝓphetarū ordini cōuenit,q spūssancti gra illuminari,& futuras pœnas malorū prędicēt,& vēturā præmia sanctorū cōsolatiōe interna gustādo prænoscūt,aliisq; & futura mala prędicere & futura bōa appetere & psuadēt.Tertius in ordine ilis⁹ Iudas Machabęꝰ fuit.Iudas em confitens vel glorificās interpretatur, & Machabęus bellator.Satisq; bene hęc denominatio conuenit euangelistis,qui Euāgeliū pacis & glorię Christi ꝓdicant toto orbe terrarū expugnātq; errores nefādos paganorū atq; hęreticorū.Quartus autē filius hoc est Eleazar,q cognominabaf Abarō:& in priore nomine dei adiutoriū.in sequenti verò generationē excelsam sonat:nō immerito pastorib⁹ per figuram assimilatur,qui adiutorio dei satis roborati,excelsiq; fide ac virtutibus,prępositi in ecclesia cōstituuntur, vt oues dei sana fide bonisq; exēplis ad viriditatē cælestis patrię rite pascendo perducant.Nouissimus autem horū filiorū vocatus est Ionathas,cognomen habens Apphus,optime scīs doctoribus iuxta interpretationē noīm suorū cōueniens:Interpretatur em Ionathas, columbæ donum:siue dñi spontane⁹. Apphus autē fugitiuus siue millesim⁹. Et bene his nominibus doctores Christi exprimunf,q spūssancti gra repleti mēte spōtanea dño se subiiciunt,vt eiusvice legatiōe fūcti,legē dei prędicēt imū dol, & hoies terrena desideria fugere, atq; sēpiterna gaudia quęrere docēt: ☞ quaten⁹ ibi

Ni. de Lyra.

✠ ter ex hoc qd' infrà.xiiij.ca.dicit ꝙ Matathias fuerit ex filiis Iarib, qd' idē nomē est qd' Ioarib. a ¶Ab Ierusa. Istud refertur ad illud quod suprà ponitur.Surrexit.nam inde recessit propter tēpli cōtaminationem.

b ¶Et conse.in mon.mo.vnde erat oriundus.Consequenter describit,ples eiꝰ,cū dicit. c ¶Et ha.fi. qn.&c.interpretationes H cognominū hic omitto:quia Hieron,in libro suo de interpretationibus nominum Hebręorū nōnullas ponit de libris Machabęorū:Et istę quę sunt Remigij & i fine bibliæ cōmuniter ponūf sunt in pluribus iproprię & frequenter ab Hieronymo reprobatę. h ¶Hi uiderū mala.oculo cōpassionis & doloris.i ¶Et dixit Matathias: Væ mihi &c.q.d. Minus malū esset mihi simpliciter nō esse,quā tanta mala populi & cōtemptū cultus diuini videre,k ¶Sācta.s.loca & vasa.l ¶In manu extraneo. id est gentilium idololatrarū. m ¶Templum eius sicut homo igno. Ignobiles enim vilibus operibus deputantur, & sic tēplum idololatria & luxuria erat plenum, vt haberur infrà.ij. lib.vj.ca. n ¶Vasa gloriæ eius captiua abdu.sunt. Nam Antiochus ea asportauerat,vt dictū est ca.ꝓcedēti. o ¶Quæ gens non hære. &c.hoc dicitur eo ꝙ in exercitu Antiochi erāt multi de diuersis nationibus collecti. p ¶Omnis compositio eius.tā spiritualis quā corporalis.q ¶Quæ erat libera.tēpore Dauid & Salomonis & pluriū regum aliorū. r ¶Facta est anci.sub Antiocho puerso. s ¶Et ec.sancta nostra.quantū ad dei cultū. t ¶Et pulchritudo no.quātū ad tēpli ornatū. v ¶Et clari no.quātū ad legē,quę illuminat intellectum.

✠ Desolata est.

✠ c ¶Et habebatfilios quinq; &c.Qui interpretatur inquo est gratia.s.dei bonorū.d ¶Et Symeonē.qui interpretatur audiens mœrorē aure cordis & corporis,afflictionē innocētum audiens p verā compassionē.e ¶Et Iudā.qui interpretatur confitens vel gloriās,intētus ad diuinā laudē. f ¶Et Eleazarum. qui interpretatur dei mei adiutorium,& significat deuotum prędicatorem.vñ dicit Paulus de se & aliis prędicatoribus.j.Co.iij. c.Dei sumus adiutores. g ¶Et Ionathan.qui interpretaf columba veniens.Ideo p columbā significat in vera simplicitate cordis ambulans & amaritudinis felle carens:Et omnes istos habet bonus prælatus tanq; filios charissimos i ¶Et dixit Matathias &c.Bonꝰ em prælatꝰ cū filiis prędictis plāgit mala q̄ fiūt i ecclia p instinctū dęmonis,& p malos homines qui sunt eius membra. Moraliter

*Et scidit

timus ibi iuxta millenariū numerl significantiā deo retribuēte & plenitudinē mercedis accipiāt, vt veram beatitudinē cū Christo & angelis eius sine fine possideāt. Sequitur: Hi uiderunt mala quæ fiebant in populo Iuda & Ieru salem. Quia isti vnq; scandala diuersa quę ab iniquis in ecclesia dei perpetrantur condolendo agnoscūt, ac mucrone spiritali vindicare gestiūt, seme tipos hostiam ponere, ac p suorū salute morti tradere nō metuūt. vñ sequitur: a ¶ Et scidit Mata. ue. &c. Quid est ergo vestimenta scindere, nisi corpora suppliciis tradere? Et quid opiri cilicio, nisi iustos quasi peccatores puniri tormēto? Cilitium quoq; fit ex hœdis asperū setigerūq; tegumētum. Nā hœdi ad delicta iure referunt, qm̄ & in iudicio dñi in pctorum partes sunt positi. Ergo dominus quia carnē pcti assumpsit, ciliciū se induisse cōmemorat. Nā si historicē accipimus nusq; eum legimus vsum fuisse cilicio. Ergo dū Iudęi p contumelias & insidias essent molesti, ille diuinitatem suam carnis velamine tenebrosis mētibus occulebat, qa nō merebantur agnoscere, quē tali impietate tractabant: Propter enim pcta populorū redemptor humani generis carnē suā tradidit ad mortē, & condoluit nostrę infirmitati. De quo ipse dñs p Isaiā ait: Propter scelus populi mei percussi eū Et iniquitates eorū ipse portabit. ideo dispartiā ei plurimos, & fortiū diuidet spolia: p eo q; tradidit in mortē animā suam, & cū sceleratis deputatus est: & ipse peccata multorū tulit, & pro trāsgressoribꝰ rogauit. Similiter & filij eiꝰ hoc est apostoli & martyres ipsiꝰ exemplo edocti nō dubitabāt pro legitimis dei & fratrū suorū salute temporaliter mori, quatenus regni cęlestis gaudia cū sanctis angelis, p hoc possent mereri. Vñ Ioh. apostolꝰ ait: In hoc cognoscimꝰ charitatē dei: qm̄ ille, p nobis animā suā posuit, & nos debemꝰ, p fratribus animā ponere. b ¶ Et ue. &c. Mittit nāq; Antiochus spirituale in ciuitatē Modin, quę intęptatur iudiciū, in ecclesiā videlicet sanctā, vbi iudicia legis dei diligētissime custodiūt, vt eos q cōfugerāt illuc remediū animarū suarū quęrētes à lege dei discedere cogāt: peccatorūq; victimā & cultū ipietatis diabolo exoluāt. Sed hoc qđ subiūgit, nō sine gemitu legere possumꝰ: quamulti de populo Israel cōsentientes accesserūt ad eos, cū alios videmꝰ tormentis coactos à religione pietatis apostatare, alios cupiditate istiꝰ mūdi illectos retrorsum relabi, alios hęreticorū astutia seductos decipi, alios etiā luxuria atq; libidine, ppria ad pristinas vitiorū sordes reuerti. Attū illud valde lętificat qđ sequitur: qa Matathias & filij eius cō. stetерunt. cū fine dubio illi in veritate, atq; iustitia psistūt, q veri Mathię, hoc est Iesu Christi filij esse meruerūt, eiusq; fidē atq; mandata seruātes, ęternę vitę præmia cōstāti animo p eius grām adipisci cōcupiscūt. e ¶ Et res. &c. et am. eris. Siue per dolum siue per vim semp machinaꝰ antiquus hostis quō euertat cultum pietatis in ecclesia Christi. Ipse em̄ q ad tentandū redēptorē nostrū in deserto accessit, dicēs: Si filiꝰ dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Et posteaquā eum super pinnaculum templi in sanctam ciuitatem constituit, dixit: Si filius dei es, mitte te deorsum: Scriptū est enim, quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendant ad lapi. pe. tuū. Indeq; eum transferens in montem excelsum, ostendit ei omnia regna mundi ac gloriam eorum, & dixit ei: Hęc oīa tibi dabo, si procidēs adoraueris me. Idem quotidie membris ciꝰ per ministros suos dolose suggerit, quatenus pro ambitione seculari deserant viam iusticiæ, & faciant iussum regis nequissimi, qui regnat super vniuersos filios superbię. d ¶ Et respondit &c. Constantia Matathię confortabat animos filiorum suorum, sic & patientia & longanimitas dñi nostra desolata est, & coinquinauerunt eam gentes. Quo ergo nobis adhuc uiuere? Et scidit Matathias & filij eius uestimenta sua, & operuerūt se ciliciis, & planxerunt ualde. Et uenerunt illuc qui missi erant à rege Antiocho, ut cogerent eos qui confugerant in ciuitatem Modin immolare & accendere thura, & à lege dei discedere. Et multi de populo Israel consentientes accesserunt ad eos, sed Mathias & filij eius constanter stetерunt. Et respōdentes qui missi erant ab Antiocho, dixerūt Matathię: Princeps & clarissimus & magnus es in hac ciuitate, & ornatus filiis & fratribus. Ergo accede prior & fac iussum regis, sicut fecerunt omnes gentes & uiri Iuda, & qui remanserunt in Ierusalem, & eris tu & filij tui inter amicos regis, & amplificatus auro & argento & muneribus multis. Et respōdit Matathias, & dixit magna uoce: Et si omnes gentes regi Antiocho obediunt, ut discedant unusquisq; à seruitute legis patrum suorum, & consentiant mādatis eius, ego & filij mei & fratres mei obediemus legi patrū nostrorum. Propitius sit nobis deus, non est nobis utile relinquere legem & iustitias dei. Non audiemus uerba regis Antiochi, nec sacrificabimus transgredientes legis nostræ mandata, ut eamus altera uia. Et ut cessauit loqui uerba hæc, accessit quidam Iudæus in omnium oculis sacrificare idolis immolantem. Et patet litera vsq; ibi:

c✠ Et contra.

Nicolaus de Lyra.

a ¶ Desolata est. Hęc em̄ tria dissipauerat Antiochus p suum decretū vt patet ca. præcedēti. b ¶ Quo ergo nobis adhuc &c. quasi dicat melius est nobis mori quā talia videre. c ¶ Et scidit ma. & si. e. uestimēta sua &c. in signū doloris. d ¶ Et ope. se cilicio in signū humiliationis. e ¶ Et planxerunt ualde. pro malis prędictis. f ¶ Et uenerunt illuc. Hic cōsequēter ponitur ausus cōfessionis dei cultꝰ & diuinæ legis: & hoc præsentibus aduersariis. ideo dicitur: Et uenerunt illuc qui missi erant à rege. & parer. g ¶ Et mult. de populo Israel consentientes. timore mortis. h ¶ Sed Matathi. & si. eius constanter stetерunt. in cōfessione dei & legis. i ¶ Dixerunt Matathiæ. volētes eum primō verbis adulatoriis subuertere. k ¶ Princeps. dignitate. l ¶ Et clarissimus. famæ celebritate. m ¶ Et ma. es. potestate. n ¶ Et or. filiis. qn q. o ¶ Et fratribus. id est magna cognatione. p ¶ Ergo ac. prior. q. d. decet te. Secundō verbis permissoriis, cū dicit: q ¶ Et eris t. & si. tui quātū ad bonū honorabile. r ¶ Et am. auro. & ar. quātū ad bonū vtile. s ¶ Et res. &c. ma. uo. vt magis appareret eiꝰ cōstātia. Et si oēs gētes &c. Sequtur. t ¶ Ego & si. &c. & fr. i. cognati. v ¶ Obedie. &c. colētes vnū deū verū. Cętera patēt. x ¶ Et ut ces. Hic cōsequenter ponit zelus æmulationis, quo interfecit Iudęū idolis immolantem. Et patet litera vsq; ibi:

✠ Et contra.

Moraliter

✠ ¶ Et scidit Mata. &c. quia bonus prælatus & fideles sui crescentibus malis debēt affligere corpora sua pro dei misericordia impetranda, & stare viriliter in veritate diuina. ideo sequitur: h ¶ Matathias & filij eius &c. Princeps clarissimus &c. Per hoc significatur diabolꝰ malitia, qui non potens per apertas tentationes eos deijcere in peccata per quandam adulationem, quęrit eos subuertere infigendo eorum memoriæ sua merita, sicut legitur in Collationibus patrum de quodam quem induxit ad prońciendum se in puteum asserens, q; tanti erat meriti apud deum, quod nō ledereť, ppter casum, s ¶ Et respondit Matathias &c. Per hoc significatur, q; vir sapiens & bonus non adquiescit dęmonis psuasionibus, sed magis repellit, sicut legit de beato Martino, q; diabolꝰ apparuit ei i specie regis magnifice adornati, suadēs Martino, vt adoraret eū eo q; esset Christus. Cui rndit: Christus nō purpuratū, nec diademate renitentem, se vēturū esse prędixit: & tūc diabolus cōfusus recessit. x ¶ Et ut cessauit loqui &c. Per hoc q; Matathias Iudæū idolis sacrificātē in-

inuicē faciūt i ecclesia magnā stragē, sicut cōtigit tpe Arrij, quo Lucius episcopus fuit familiaritate cōiunctus principi Arriano, qui catholicos per sequebat. Vñ dicit Rufin⁹ in historia ecclesiastica. Eo quoq̄ tpe Luci⁹ Arrianę partis episcopus post fugas ciuiū & exilia, post cędes & tormēta q̄ bus innumeros condēnauit, ad monasteria furoris sui arma conuertit, vastat eremū & bella quiescētibus inducit: tria milia simul aut ampli⁹ viros per totā eremū solitaria habitatiōe dispsos aggredi, mittens armatā peditū & equitū manū, & illi gladiis obiectabant ceruices, & nihil aliud dicebant nisi, Amice ad quid venistis? Sicut per Baduden & Alchimum describitur hīc facta strages magna Iudæ Machabæi & suorum.

nimiũ lętẽtur animo de cõsignata sibi in cælesti regno mercede.
E Vnde saluator discipulis suis de passiõis magnitudine, & de trũ
Matth.5.a. phi sui certa remuneratione in euãgelio p̃dicẽs ait: Beati estis cũ maledixerint homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malũ aduersum vos mẽtiẽtes, ꝓpter nomẽ meũ. Gaudete in illa die & exultate, qm̃ merces vestra multa est in cęlo. a ¶ Et cætera u. Multa sunt bella & virtutes quas faciunt sc̃ti, imò dñs in eis: quarũ oĩm notitiã nemo potuerit pẽr, sed in soli⁹ agnitione p̃manẽt autoris. Vñ de ipsis dñs in euã
Iohñ. 10.c. gelio ait: Oues meę vocẽ meã audiũt,
Lucę.10.d. & ego dñs agnosco eas. Et itẽ: Gaudete(inqt)& exultate, qa nomina uestra
Matt.10.d. scripta sunt i cęlo. Et itẽ: Vestri(ait)capilli capitis oẽs nũerati sunt, & capill⁹ de capite vestro nõ pibit. De quo & ali
1.Tim.2.c. bi scriptũ est: Nouit dñs q sunt eius. Et
2.Para.6.f. itẽ: Ipse solus nouit corda oĩm filiorũ
Actu.1.d. Adã. Hinc & in Psal. ꝓpheta ait: Qui
Psal.146.a numerat multitudinẽ stellarũ, & oĩb⁹
Ibid.67.g. eis noĩa vocat. Et itẽ: Mirabilis (inqt) deus in sc̃tis suis, ipse dabit ỹ tutẽ & fortitudinẽ plebi suę. Vñ necesse est, vt di-
Ibid. 71.d. cãt singuli: Dicãt & oẽs: B̃dictus dñs q fecit mirabilia magna solus. Et b̃dictũ nomẽ maiestatis eius in æternũ, & in seculũ seculi. b ¶ Et factũ est p. In prioribus vbi de Matathię morte commemoratũ est, scriptũ reperiẽs, q̃ ipse cẽtesimo & quadragesimosexto anno defunct⁹ sit, in cuius locũ surrexit Iudas filius ei⁹, & pliabat pliũ Israel. Similiter etiã in sequẽtib⁹ scriptũ inuenies, q̃ Ionathas post Iudã fratrẽ suũ sumpserit principatũ, post quẽ Alchim⁹ anno cẽtesimo qnquagesimotertio p̃cepit destrui muros dom⁹ sanctę & opa ꝓpharũ, qui & mortuus est tpe illo. Iosephus autẽ narrat, q̃ postquã Alchim⁹ (q & Ioachin, tenẽs principatũ sacerdo-
F tiũ quatuor annis) iterierit, sacerdotiũ Iudę popul⁹ cõtradiderit, ipsũq; dicit, postq̃ principatũ sacerdotiũ tribus annis ministrauerit esse defunctũ. In his oĩbus cõijci dat, q̃ Iudas post mortẽ Mathatiæ patris sui ducatũ populi gereret septẽ annis, in qbus p quadriennũ Antiochi duces de Iudęa dimicãdo expellẽs, & tẽplũ ab idolorũ imaginibus emundãs, patrias leges post hæc suis ciuibus reddidit olympiade centesimaquinquagesimaquarta. Sicq; accepit principatũ sacerdotiũ, & tres annos in eo expleuit. Vnde & in chronicis inuenitur Ionathas sexto anno Demetrij Sotheris, Iudęorũ ducatum accepisse, quę tenuit decẽ & nouẽ annis post mortẽ videlicet patris sui, Matathię, decẽ annis, olympiade cẽtesimaqnquagesima quinta. ¶ Illa ergo prauorũ infestatio q̃ post obitũ Iudę inquie
Mystice tauerat filios Israel, mystice significat, q̃ ablatis bonis doctorib⁹, dispendiũ nõ minimũ fideles sentiãt auditores, cũ occasione p̃cepta non solũ pagani, sed etiã hęretici grauibus persecutionib⁹
Act.20.c. fatigent ecclesiã dei. Hinc Paulus Ierosolymã profecturus cõuocatis maioribus Ephesiorum inter alia dixit: Nunc ecce ego scio, quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes per quos transiui p̃dicãs regnũ dei. Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omniũ. Non enim subterfugi quo minus annuntiarẽ omne consiliũ dei vobis. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritussanctus posuit episcopos regere ecclesiã dei, quã acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meã lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & ex vobis ipsis exurgent viri loquẽtes peruersa, vt adducãt discipulos post se. propter qđ vigilate, memoria retinentes, q̃ per trienniũ die ac nocte non cessaui lachrymis, monens vnũquẽq; vestrũ, & nunc commendo vos deo & verbo gratię ipsius, qa potens est ędificare & dare hæreditatẽ in sanctificationibus. ¶ In diebus illis facta est fames m. Fame obortа tradidit se Bachidi omnis regio, quia deficientibus prædicatoribus propter famem verbi dei (vnde animæ saginari debuerunt, quia secundum veritatis sententiam: Non in solo pane
Matt. 4.a. uiuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei) quidam tormentis coacti, quidam verò vanis suasionibus illecti de eccle-

din. Et fleuerunt eum omnis populus Israël planctu magno, & lugebãt dies multos, & dixerunt: Quomodo cecidit potẽs, qui saluum faciebat po
a pulum Israel? Et cætera uerba bellorum Iudæ & uirtutum, quas fecit, & magnitudinis eius, nõ sunt descripta:
b multa enim erãt ualde. Et factum est b post obitum Iudæ emiserunt iniqui
c in omnibus finibus Israël, & exorti c sunt omnes qui operabantur iniquitatem. In diebus illis facta est d fames
e magna ualde, & tradidit se Bachidi e
f omnis regio eorum cum ipsis. Et elegit Bachides impios uiros, & constituit eos dominos regionis, & exqui-
g rebant & perscrutabantur am eos Iudæ, & adducebant eos ad Bachidẽ,
d & uindicabat in illos, & illudebat. Et h i facta est tribulatio magna in Israël, qualis non fuit ex die qua non est ui-
e sus propheta in Israël. Et congregati k sunt omnes amici Iudę, & dixerunt Ionathę: Ex quo frater tuus Iudas defunctus est, uir similis ei non est qui exeat contra inimicos nostros, Bachiden & eos qui inimici sunt gentis nostræ. Nunc itaq; te elegimus hodie pro eo esse nobis in principem & du-

ęti de ecclesiasticorũ numero tradũt se gentibus. Qui amicos ve G ri Iudæ (quem testante scriptura laudant) omnes fratres sui persecutantur: & cũ inuenerint, illudentes vindictam exercent in illos. Hanc ergo interpretationem cognoscit euenisse primis temporibus ecclesiæ cultorib⁹ Christi, omnis qui ecclesiasticã historiã legit. Sed & spirituales nequitię quæ antiqui hostis deseruiũt voluntati, cùm viderit animas hominum pane verbi dei carere, studet eos in errorem mittere, & ad vitia p̃trahere, quatenus de amicis Iudę efficiant prædã satanæ, & vasa dei pabulũ ignis ęterni. d ¶ Et facta est. Postquã em̃ nõ est visus propheta in Israel, facta est tribulatio magna, quia cessante doctrina in populo dei, peccatorũ excreuit plaga, & ide in eos verberũ processit vindicta. Vnde necesse est vt doctores ecclesię sint studiosi ad docendum subiectos, & auditores sint intẽti ad audiendũ verbum dei. Hinc quoq; per Salomonẽ dicitur: Doctrina bona dabit gratiã. Labia au- Prou.13.c.
tẽ sapientiũ custodiũt eos. Vbi nõ sunt Ibid.14.a.
boues, p̃sepe vacuũ est, vbi plurimæ segetes, ibi manifesta fortitudo bouis. In omni ope bono erit abundãtia, misericordia & veritas præparant bona. e ¶ Et congreg. Quid est quòd post obitũ Iudę legit Ionathas à populo ad sacerdotiũ eligi, vt suppleat locum fratris sui, nisi quòd obeuntibus per martyriũ primũ doctoribus ecclesię, successores eorũ administrãte spiritussancti gratia i locũ ipsorũ substituunt? Cuius administrationis efficaciã nominis Ionathę iterpretatio demõstrat. Interpretatur enim colũbę donũ, sicut superius demõstratũ est, admonẽs prędicatores verbi, quatenus dignè ducatus sui officiũ in plebe dei gerãt, & defensionẽ cõgruã cõtra hostes subditis impendant. Sed sicut prionib⁹, ita & sequẽtib⁹ po- H
puli dei doctorib⁹ ab ifidelib⁹ atq; hæreticis truculẽta nascunt bella, & sæua hostiũ aduersaꝛ inimicitia. Vñ sequit:
☞ Et suscepit

Nicolaus de Lyra.

mendo, vt dicit Ioseph̃us libro antiquitatis Iudaię. xii.
b ¶ Et factum est post obitũ. Descripta morte Iudę, hìc consequenter describitur substitutio Ionathæ. Circa quã primò po- Diuisio
nitur institutionis necessitas, secũdò, institutionis solennitas, ibi: Et congregati sunt. tertiò, inde consurgens aduersitas, ibi: Et cognouit Bachides. Circa primum dicitur: Et factum est &c. Percusso enim pastore inuaserunt gregẽ lupi rapaces. c ¶ Et exorti sunt. Viuente enim Iuda erant quasi mortui, sed ipso mortuo erexerunt sua cornua. d ¶ In diebus illis &c. Tum ex defectu culturæ propter guerram. e ¶ Et tradidit se Bachidi. Ad seruiendum sub tributo regi. f ¶ Et elegit Bachides &c. De Israel. g ¶ Et perscrutabantur amicos. Quia cognoscebant eos, & sciebant latibula eorum. h ¶ Et uindicabant. Contemptibiliter eos jugulando. i ¶ Et facta est. Et hæc fuit necessitas instituendi ducem loco Iudæ. k ¶ Et cong. sunt. Hìc consequẽter describit institutionis solennitas. nã ad hoc fuit populus Diuisio
cõgregatus, vt electio Ionathę fieret certa⁹ & solẽni⁹, & pacẽtior.
☞ Et cogno-

✻ a ¶ Et fleuerũt eũ o. p. Per quod significat, quòd mors boni Moraliter
principis vel prelati debet ab omibus plangi. d ¶ In diebus illis facta est fames magna ualde. & tradidit se Bachi. o. r. Per qđ significatur, quòd ꝓpter defectũ prædicationis verbi diuini, & sumptionis eucharistię sacramẽti, quibus homo spũaliter viuit, populus tradit̃ demonis potestati. k ¶ Et cong. sunt o. Per hoc q̃ Iuda defuncto substitut⁹ est Ionathas, q̃ interpꝛtat colũbę donũ, significat q̃ post mort⁹ boni prelati electores debent esse multũ soliciti, vt habeãt successorẽ q̃ sit plen⁹ gratia spũsci, q̃ in specie colũbę apparuit in baptismo Christi. Per hoc autẽ q̃ Bachides quęrebat Ionathã occidere, significatur quòd diabol⁹ multũ est solicitus qualiter posit bonum prælatum subuertere, sicut dictum est su. iij. c. de Andrea episcopo Fundanę ciuitatis.
✻ Et exierunt

a ¶ Et succe. iona. Fugit ionathas imminēte bello cū suis in desertum thecue, quia exardescēte hostiū persecutione doctores sancti enim suis sequacibus cælestis aulę pcib⁹ penetrāt secretū, vt ibi inuocādo omnipotētis dei iuuentā auxiliū: quē tota intētione cordis venire sibi postulant in adiutoriū. Thecue em̄ interp̄tat tuba siue clāgor. Qđ aūt subiūgit: b ¶ Et consede. ad aq. la. af. Significat vacare cōpūctionis lachrymis eos, quo facilius oīpotētis dei impetrare satagāt solatiū, qñ nō alibi, sed eius pietatis solū mō expetūt refugiū. Vñ Asphar interp̄tat, fodit siue hum⁹, qa qñ cor int⁹ salubriter cōpūgit, humor lachrymarū ab oculis ad ,puocandū mīam dei largius foris effundit. c ¶ Et co. ba. Quid est q̄ Bachides ī die sabbathorū trans Iordanē cū exercitu venit cōtra Iudęos, nisi q̄ psecutores Christianorū paci & getī ecclesię inuidētes, cū tumultu irrum pēdo baptismi sacramentū cōturbare, & fidei statū subuertere student? Et ad hoc Nabutheos amicos suos in auxilium ,puocāt, qa hęreticos ad cōtritionē fidelīū, equè maliuolos sibi assotiant. Nabuthei em̄, vt qdā affirmāt, ,pphetātes interp̄tant. Et aptè hæretici hoc in loco ,pphetātes dici possunt, nō vt sanæ fidei docēdo cōmēdēt veritatē, sed erroris secūdū cordis sui negtiā depromāt falsitatē. Vñ & ī lege ,pphetę qui vana somniabāt, & diuinabāt mēdacia, secundū sentētiā dñi morti diiudicabātur. Qđ certissmū est hęreticis euenire, q se pschismaras & secta inutiles separāt à deo, & p errorē atq; blasphemiā cōiungūt diabolo. e ¶ Et exier. fil. Quid p filios Iābri, nisi voluptuosi isti us mūdi exprimunt, q exire ex Madaba, hoc est ex natiuitate dicunt, cū concupiscentiā carnalē quā originaliter ex pte carnis cōtraxerūt, sine ,mutatione vsitare cōtendūt. Hi ergo e ¶ Compre. Io. & oīa q̄ ha. & abierūt habentes ea, cū aliquē de filiis ecclesię iam baptismatis vnda ablutū, & gratia dei renatū, ,pllicita desideria ad se rapiūt, & studia bona quib⁹ militabat deo puertētes ad illecebras voluptatū puertūt. Sed Ionathas & Simō vlcisci ea cupiētes, spōsum q duxit filiā vnius de magnis principibus Chanaan in ambitione magna cū oī suo apparatu & amicis suis subuertit atq; occidit, qñ doctores sctī aliquos eorū quos toto nisu cōspiciūt voluptatibus mūdi inhiare, & ad luxuriā ,pclines esse (quā princeps eius seculi ad decipiendū ardētes quoscq; in cōcupiscētia carnis ,pponit, ad societatē suā eos ptrahēdo) ab intētione praua eripiūt, atq; in eis hoc qđ nociuū fuit & reluctans diuinis mādatis mucrone diuini verbi occidūt. Talis em̄ victoria bene his conderet, q ex magisterio cęlesti didicerūt diligere inimicos suos, & benefacere hisqui oderunt se, orare ,p psequentibus, & calumniantibus sibi benedicere maledicentibus, & nō remaledicere. Qui cæsorū spolia accipiunt, quando totos nisus eorū in vsum ecclesiasticū conuertūt. Vñ aptè subiūgit: f ¶ Et cōuersæ sunt in luc. & uox mu. ip. i la. qa vanā lętitiā mūdi ī luctū pœnitētiæ, & vanos iocos ac carmina ĩutilia, ī psalmodiā diuinā cū cōpūctione lachrymarū sancti p̄dicatores docēt eos cōmutare, quos salutifera præda rapiūt, & à vita carnali ac veteris actūb⁹ hoīs fundit⁹ occidūt. Sicq; reuertunt ad ripā Iordanis, cùm eos p ducūt ad statū Christianę religionis, atq; ad perceptionē sacri baptismatis, vt ibi eū gelicus expleatur ritus, pro quo labor exercebatur tot⁹. g ¶ Et audiuit Bachi. Cùm persecutores fidelium sabbatho spirituali quo vacant ipsi cultores Christi à terrenis cupiditatibus ad audiendum verbū dei, & laudē dño cōcinendū, per inuidiam concitati perturbare eos contendūt, & sacramētū baptismi p potentiā se Celare contaminare nituntur. Ionathas mysticos suos incitat ad pugnā spiritualem, hoc est, vt per constantiam mentis & robur fidei pugnēt ex aduerso cōtra inimicos suos: non q̄ dimicando aut feriendo eos, lędant sed per patientiam & māsuetudinē tolerando

Mystice

Mystici

Lucæ. 6. d.

Nico. de Lyra.

cem ad bellandum bellum nostrum.
a Et suscepit Ionathas tēpore illo principatum, & surrexit loco Iudę fratris sui. Et cogouit Bachides, & quęrebat eum occidere. Et cognouit Ionathas & Simon frater eius, & omnes qui cū eo erant, & fugerūt in desertum Thecue: & consederunt ad aquam lacus Asphar, & cognouit Bachides, & die sabbathorum uenit ipse & omnis exercitus eius trans Iordanem. Et Ionathas misit fratrem suum ducē populi, & rogauit Nabutheos amicos suos, ut commēdaret illis apparatū, suum qui erat copiosus. Et exierūt filij Iambri ex Madaba, & cōprehenderūt Iohannē, & omnia quæ habebat, & abierūt habētes ea. Post hęc uerba renūtiatum est Ionathæ & Simoni fratri eius, quia filij Iambri faciunt nuptias magnas, & ducunt spōsam ex Madaba filiā unius de magnis principibus Chanaā cū ambitione magna. Et recordati sunt sanguinis Iohannis fratris sui, & ascēderunt & abscōderunt se sub tegumēto montis, eleuauerunt oculos suos & uiderūt, & ecce tumultus & apparatus multus, & sponsus processit & amici eius & fratres eius obuiam illis cum tympanis & musicis & armis multis. Et surrexerunt ad eos ex insidiis, & occiderunt eos, & ceciderunt uulnerati multi: & reliqui fugerunt in montes, & acceperūt omnia spolia eorum, & conuersæ sunt nuptiæ in luctum, & uox musicorum ipsorum in lamentum. Et uindicauerūt uindictā sanguinis fratris sui, & reuersi sunt ad ripam Iordanis.
g Et audiuit Bachides, & uenit die sabbathorum usque ad oram Iordanis in uirtute magna. Et dixit ad suos

a ¶ Et co. Ba. Hīc cōsequēter de Diuiso scribitur insurgēs aduersus. Et diuidit in tres partes, qa primō psecutio Ionathę ,pponit. scd'ō, mors Iohānis fratris sui interponit, ibi: Et misit fratrē suū, tertiō, scriptura ad primū reuertit, ibi: Et audiuit Bachides. Circa primū dicitur: Et cog. Bachi. institutionē Ionathę. b ¶ Et quæ. eū occi. diuersis vitiis & machinationib⁹, quas cognoscēs Ionathas declinauit cautē, ideo subditur: c ¶ Et fug. quousq; possent exercitū aggregare. d ¶ Et cōs ad aq. i. iuxta aquā. e ¶ Lacus Asphar iste lacus est mare mortuū, qđ alibi dicit⁹ Asphalti. f ¶ Et co. B. p suos exploratores. g ¶ Et die sub. in contēptū festiuitatis Iudaicę, & vt Iudęi nō defenderent se, sicut de qbusdā dictū est Iu. ij. ca. vel saltē vt minꝰ volūtarie sumerēt arma illa die. h ¶ Et Io. mi. hīc cōsequēter mors Iohānis fratris Ionathę interponitur, & primō ponit eius occisio dolosa p insidias sibi positas in via, ideo dicit: Et Io. mi. mittēs aliquos de populo eū Iohāne ipsum p̄cedēte. i ¶ Et ro. na. vt habet Iu. v. c. k ¶ Vt cō. p modū custodię vsq; ad diē belli cū Bachide. Aliq libri sic habēt: Vt cōmodarēt illis, &c. i. vt Nabuthei accōmodarent Ionathę & fratrib⁹ ei⁹ tētoria sua & arma. l ¶ Et exierūt fi. Iā. insidiātes Iohanni. m ¶ Et cō. I. & etiā occiderūt eū, vt habet i pte sequēti. n ¶ Post h. Hīc cōsequēter ponit vidicatio Iohannis, & patet litera vsq; ibi: o ¶ Cum am. m. i. cū apparatu magno & pompa. p ¶ Et re. sunt. ex quo patet, q. Iohānē occiderāt, vt dictū est. q ¶ Et ecc. tu. ex multitudine veniētiū. r ¶ Et s. pro. obuiā illis q adducebāt spōsam. Cętera patēt vsq; ibi: s ¶ Et re. sunt. s. ad mare mortuū i loco p̄dicto, qđ dicit hīc ripa Iordanis, nā Iordanis trāsit p ipsum mare mortuū, vt habet Iosue iij. t ¶ Et au. hīc cōsequēter scriptura reuertit ad illud qđ su. ,ppositū est. s. ,psecutio Ionathę ab ipso Bachide, & primō ponit eorū cōflictus. scd'ō, Alchimi decessus, ibi: Et anno. cē. tertiō, Bachidis recessus, ibi: Et vidit Bach. Circa primū patet litera ex prędictis vsq; ibi:

✠ Non est

Moraliter

✠ l ¶ Et exie. fi. I. Iambri dies amaricās interp̄tat, & iō p Iambri voluptas carnalis significat, quo dies dicit: qa delectabilis est in principio. sed dicit amaricās, eō q̄ tristabilis est in termino. vñ dicit Boeci⁹. ij. de cō. Tristes verò voluptatū esse exitus quisq; libidinū suarū reminisci volet, intelliget. Igit filij Iambri sunt hoīes voluptatibus corpis dediti, & isti capiūt Iohannē, qñ malis psuasionib⁹ gratiosū iuuenē ad luxuriā pertrahūt, & sic eū spūaliter occidūt. Sed Ionathas & Simō vindicāt istud factū, qā sacri prędicatores gladio v̄bi dei, luxuriosos occidūt q̄tū ad vitā malā pristinā, ipsos pertrahēdo ad mūditię castitatē. De tali occisione dicit, Act. x. g. Surge Petre oc. & mā. de cōuersiōe Cornelij & amicorū suorum de Gētilitate ad Christianitatis statum. t ¶ Et au. Ba. Per hoc significat, q̄ diabolus fortius impugnat hoīes sctōs in solēnib⁹ dieb⁹, eò q̄ pctm̄ ex sctitate tēporis aggrauat, & ,pter hoc hoīes deuoti tūc debēt diaboli tētatiōib⁹ resisti, & ad hoc alios exhortari, sicut Ionathas se & suos disposuit ad resistendum fortiter Bachidi, vt dicitur in litera sequenti.

✠ Et anno

rādo ac beneficiis remunerādo melius vindicāt, secundū illā sententiā saluatoris qua discipulis suis ait: Audistis qa dictū est anti-
Matth. 5. f. quis: Oculū pro oculo, & dentē pro dēte: Ego autem dico vobis nō resistere malo, sed si quis te percusserit in dexterā maxillā, præbe ei & alterā. Et ei q vult tecū in iudicio cōtendere & tunicā tuā tollere, di-
Luc. 21. d. mitte ei & palliū. Et itē: In patiētia vestra possidebitis animas vestras. Hinc
Rom. 12. d. & Paulus ait: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi. Hoc enim faciēs carbōes ignis cōgeres sup-
Ibidem caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malū. Talibus enim hostiis promeret deus, q dat victoriā suis seruis, & pternit inimicos eorū sub pedibus ipsorū. Vñ in posterioribus scriptū est, qp Ionathas cū Bachide cōposuerit pacē, & qp iurauerit Bachides nihil se ei facturū mali oībus diebus vi-
Infrā. 10. f. tæ ei⁹, reddideritq; ei captiuitatē, quā pri⁹ erat pdatus de terra Iuda. a ¶ Et an. cen. Dixim⁹ supeⁿ, qp Alchimus cōtaminator legis &, pditor pīę signi ficaret hęreticos, q testamētū dei sectis nefandis, pphanare & ecclesiā dei pturbare nō meruīt. Hīc mō: Destrui m. domus. san. int. & opa pr. demoliri cōmemorat, qd' conuenīter aptari pōt ipsis hęreticis, q nō solū oracula pphetarū vanis traditiōib⁹ deprauare, sed etiā munimētū fidei qd' in cordib⁹ credētiū ad cōseruationē iustitiæ legis dei intēta mēte custodiē, qualicūq; mō possint violare atq; dissipare cōtēdūt,
B sed videam⁹ qd sequt: b ¶ In tpe i. qa licet nimio fastu supbiāt hęretici, licet ad tp̄s pualere fidelib⁹ p subsidia potētū huius mūdi videāt, tñ oīpotēs dei iudicio i finę subuertēt, & dissolueť vigor prauę volūtatis eorū, qñ qd' volūt ad effectū pducere nō pīt: Nec etiā de domo sua, hoc est de subsequēti cōuersatiōe sua imināte iā supni iudicis snia ordinare licet, sed fiet illud qd' p
Psal. 11. a. Psal. dicit: Disp̄det dās vniuersa labia dol. & lin. m. Qui dixerūt, linguā nostrā magnificabim⁹, labia nra à nobis sunt, qs nr dās est? c ¶ Et mor. est. qa pdurātib⁹ hęreticis in sua nequitia vsq; in finē pītis vitæ mors subsequtur scā'a, & mittent iuxta sentētiā Apoca-
Apoc. 20. d. lypsis Ioh. i stagnū ignis ęterni. Et cru-
Ibid. 14. b. ciabūt i igne & sulphure i cōspectu angelorū sctorū & i cōspectu agni, & fum⁹ tormētorū eorū alcēdet i secula seculorū. Nec habebūt requiē die ac nocte, q adorauerūt bestiā & imaginē ei⁹. Et cōmāducāt liguas suas p̄ dolore,
Ibid. 16. b. & blasphemāt deū cęli pr̄ doloribꝰ & vulneribus suis, & nō egerūt fructuosam pniam ex opibus suis, qa se añ dū licuit, purgare noluerūt ab erroribus suis. d ¶ Et uidit Ba. q. mo. est al. & r. est ad re. & si. t. a. d. Annis duobus siluit terra, cū à psecutiōe infidelių & hęreticorū ifestatiōe pacē habuit ad tp̄s ecclesia, secūdū illud qd' i Actibus
Actu. 9. c. apostolorū legit: Ecclesia q dē per totā Iud eā & Galilæā & Samariā habebat pacē, & ędificabat ambulās in timore dñi, & consolatione sc̄i⁹ pūs replebat. Sed qa diuturna & pmās. nō erit pax & securitas in pīti vita, manifestat sequēs snia, vbi ita scriptū est: e ¶ Et c. Inuidēs hostes vniuersi paci & qeti ecclesię dei. Vñ extorti successu felici bonorū, ę̄runt ad nocēdū auxilia prauorū, qd' delīnat epistola Bachidis occultē missa so-

Ionathas. Surgamus & pugnemus contra inimicos nostros. Nō est enim
a hodie sicut heri & nudiustertius. Ecce enim bellum ex aduerso: aqua uerō Iordanis hīc & inde & ripę, & paludes, & saltus: & non est locus diuertēdi. Nunc ergo clamate in cęlum, ut liberemini de manu inimicorū uestrorum. Et commissum est bellum. Et
b extendit Ionathas manum suam percutere Bachiden, & diuertit ab eo retro, & dissiluit Ionathas, & qui cū eo
c erant in Iordanem, & transnatauerunt ad eos Iordanem. Et ceciderunt de parte Bachidis die illa mille uiri,
d & reuersi sunt in Ierusalem. Et ędificauerunt ciuitates munitas in Iudęa, munitionem quæ erat in Iericho, &
e in Ammaum, & in Bethoron, & Bethel, & Thannathā, & Phara, & Thopo muris excelsis, & portis & seris. Et posuit custodiam in eis, ut inimicitias exercerent in Israël. Et muni-
f uit ciuitatem Bethsuram & Gazaram & arcem, & posuit in eis auxilia, & apparatum escarum, & acce-
g pit filios principum regionis obsides, & posuit eos in arce in Ierusalem
h in custodiā. Et anno centesimo quinquagesimotertio mense secundo prę-
i cepit Alchimus destrui muros domus sanctæ interioris, & destrui opera prophetarum. Et cœpit destrue-
k re. In tempore illo percussus est Alchim⁹, & impedita sunt opera illius, & occlusum est os eius, & dissolutus
l est paralysi, nec ultrà potuit loqui uer-
m bum, & mādare de domo sua. Et mor-
n tuus est Alchimus in tēpore illo cum
o tormento magno. Et uidit Bachides p quoniā mortuus est Alchimus, & reuersus est ad regē, & siluit terra annis
q duobus. Et cogitauerunt omnes inir qui dicentes: Ecce Ionathas & qui cū
s eo sunt in silentio, habitant cōfidenter. Nūc ergo adducamus Bachiden, & comprehendet eos omnes una nocte. Et abierunt & consilium ei dederunt. Et surrexit, ut ueniret cum exercitu multo. Et misit epistolas socijs
t suis occulte, qui erant in Iudæa, ut comprehenderent Ionatham, & eos
u qui cum eo erant, sed non potuerunt
x quia innotuit eis consiliū eorum. Et apprehendit de uiris regionis, qui
y principes erant militiæ quinquagin-

C
tē missa sociis suis q erāt in Iudęa, vt cōprehēderēt Ionathā & eos q cū eo erāt i Iudęa, qa cū psecutores sęui extinsec⁹ nō pualēt tormētis subuertere cōsessores Christi, cōstruūt dolos intrinsec⁹ p falsos fratres q videt in ecclesia cōmanere, vt quos illi nō potuerunt gladio, hos illi decipiant dolo, vñ & Paulus apostolus sępe i epistolis suis conquerit falsorū fratrū fraudē, q subintroierūt vt puerterēt ȳitatē euāgelij, sed nō potuerūt, qa innotuit eis 2. Cor. 11. f.
eorū cōsiliū. Agit em̄ idustria boni doctoris vt plebs sibi subiectorū p̄uidere & cauere scia: astutiā peruersorum.
f ¶ Et appr. (inqt) de ui. re. q prin. et. mi. qn. ui. & occ. eo. Qui sunt illi quinquaginta de viris regionis, qui principes erant militiæ & occidebant

Nico. de Lyra. ☞ à Bachide

✠ a ¶ Non est en h. hoc dixit Ionathas ad animandū suos, ostendēs q nō patebat locus fugę. b ¶ Et extendit Io. Tantū em̄ valuit, qp eū interfecisset, nisi retrocessisset. c ¶ Et dissiliit Iona. ad pśequendū Bachidē & eius gētem. d ¶ Et reuersi sū. in Ie. s. Bachides & sui. Cętē. patēt vsq; ibi: e ¶ Et accepit filios p. i. principaliū Iudeorū. f ¶ Obsides. ne rebellarēt se Ionathę socīādo. g ¶ Et anno centesimo quinquagesimo. Hīc cōsequēt describitur Alchimi decessus, & primò ponit cā, cū dicit: h ¶ Præcepit Al-
chi. dest. mu. i. sanctiscētorū, qd' erat D
interior pars tēpli. i ¶ Et destr. opa prop. nā secundū tēplū de quo loquitur, ędificatū fuit p exhortationē & adiutoriū Aggei & Zacharię pphetarū. 5. Esdrę. vj. k ¶ In tēpore illo pcu. à dei. l ¶ Et impedita sunt op. maligna. m ¶ Et occursum est os. quia factus est murus. n ¶ Et manda. de do. sua. i. nō potuit ordinare de reb⁹ suis & familia. o ¶ Et mor. est &c. in tormē. magno. Dei iudicio iusto. p ¶ Et uidit Ba. Hīc cōsequēter describit recessus Bachidis de terra Iuda, cū dicit: ¶ Et uidit Bac. propter cui⁹ institutionē i sacerdotē venerat in Iudęā, vt habeť in prin. huius ca. & sic habuit cām reuertēdi. q ¶ Et cogita. Hīc cōse. primò ponit eius reditus ad Iudeā, & sc̄ò totalis eius recessus ab ea, ibi: Et iratus. Circa primū dicit: Et cogitauer. oēs ini. de populo Israel.
r ¶ Ecce Io. no. &c. habit. cōf. non pręcauētes sibi de bello, ꝓpter qd' de facili poterūt capi. Cętera patent vsq; ibi: s ¶ Vt cō. Io. & eos q latenter & dolosē. t ¶ Et apprehēdit. scilicet Ionathas. v ¶ De uiris re. Id est Iudæis. x ¶ Qui principes erāt militiæ. Id est ductores illorum qui volebant Ionatham & socios eius capere.

✠ Et recessit

* g ¶ Et anno cē. p hoc qd' Alchim⁹ pcepit destrui muros dom⁹ sanctę significat, qp mali⁹ placuis destruere nitti tur sacras obseruatiōes ecclesię, & per opa pphetarū significant opa apostolorū, nā & ipsi pphetię spū habuerūt. Destruit em̄ eorū pauptatē bona pauperū sibi retinēdo, & eorū humiliratē vltra modū superbiendo, & eorū exēplaritatem statum apostolicū, qui status est episcopalis fœdis operibus maculando. Ideo subditur eius finis, cùm dicitur: o ¶ Et mor. est. Al. Quia cū diuite epulone sepelitur in inferno. Moraliter

* Et recessit

☞ A à Bachide,niſi hi qui ſupficie literę legalis contẽti,Pẽtateuchum legis nõ ſpiritaliter ſed carnaliter in circũciſione &ceremoniis ſuperuacuis obſeruare volũt?Quos redarguit doctor gentiũ ſcribens ad Gal.vbi ait: O inſenſati Galathæ, quis vos faſcinauit? Gala .3.a. Quomodo cõuertimini iterũ ad infirma & egena elemẽta quibus denuo ſeruire vultis? Dies obſeruatis & mẽſes & tpa & annos. Timeo ne ſorte ſine cã laborauerim in vobis. Ibidẽ.4.b. Currebatis bene: Quis vos impediuit veritati nõ obedire? Perſuaſio hęc non eſt ex eo q vocat vos. Modicũ enim fermẽti totã maſſam corrũpit. Ibidẽ.5.b. Ego confido de vobis in dño,q̃ nihil aliud ſapietis. Ibidem vt ſuprà. Qui autẽ conturbat vos,portabit iudiciũ quicũq; eſt ille. Talib⁹ autẽ per fraudẽ hoſtis antiq in aĩæ morte pemptis videamus qđ ſequit: a ¶Et ſec. Io. Quid eſt q̃ Ionathas tumultuante Bachide ſe recolligit cũ ſuis in Bethbeſſen,q̃ eſt ĩ deſerto,& extruit diruta ei⁹, cõfirmãs eã,niſi cũ p̃dicatores ſcti cũm viderint pſecutorũ p̃ualere manũ, ita vt nõ poſſit cũ p̃dicatiõis verbo ꝓcedere ĩ publicũ,ad rẽpus ſecedũt in loca ſecreta: quatenꝰ ibi ieiuniis & oſonibus operã dẽt,& qcqđ p̃ incuriã inter populares cõuerſando de rectitudie vitæ ſuę relabebaſ, hoc ſeparatim p̃ inſtãtiã boni ſtudij iterũ ad integrum renoueſ. Bethbeſſe em̃ domus oris florẽtis interp̃taſ. Flores em̃ os cũ p̃cibus atq; pſalmodiis hymnisq; in laudib⁹ dei † conſertis dignè reſonat. † confectis Qđ videſ etiã dñs in euãgelio diſcipulis mãdare,vbi ait: Matt.10.c. Cũ pſecuti vos fuerint in vna ciui. &c. Vñ ipſa ỹitas cũ Iudęi cogitarẽt interfi cere eũ,iã nõ in palã ambulabat apud Iohã. 11.g. B Iudęos,ſed abiit in regionẽ iuxta deſertũ in ciuitatẽ q̃ dicit̃ Ephrem,& ibi morabaſ cũ diſcipulis ſuis. Et alibi legitur Lucæ.6.c. ipſe exiſſe nõ in mõtẽ orare vbi erat pnoctãs in oratione dei. Sic & Paulus & Actu.14.a Barnabas cũ ĩ Iconio p̃dicarẽt ỹ bũ dei & facẽt⁹ eſſet ĩpet⁹ Gẽtiliũ & Iudæorũ cũ pricipib⁹ ſuis, & cõtumeliis & lapidib⁹ afficerẽt,& lapidarẽt eos intelligẽtes cõfugerũt ad ciuitates Lycaonię & Lyſtrã & Therben & vniuerſam in circumitu regionẽ: & ibi euãgelizauerũt. Sed negtia hoſtis antiqui nullũ locũ in mũdo tutũ ab inſidiis fieri pmittit,hinc & Bachides ſup Bethbeſſen ducit exercitũ vt oppugnet eũ & cultores dei qte viuere nõ pmittat. b ¶Et reli. Io. Quid eſt q̃ Ionathas Simonẽ fratrẽ ſuum ĩ ciuitate reliqt,ipſeq; exiit ĩ regionẽ vt aduerſarios pſequereſ, niſi q̃ ſancti doctores int⁹ operã dãt virtutibus, & tũ foris cũ fidei ſcuto & gladio ſpũs cõtra hoſtes dimicare non ceſſant? Sed ipſi hoſtes eccleſiæ nõ ſunt vniformes, qn potius variis pſecutionũ generibus multiplices,eũ Iudęi,pagani,hęretici at q; ſchiſmatici,necnõ & falſi Chriſtiani ad nocendũ bonos cõſtruũt calamitates,ſicut ſuperi⁹ demõſtratũ eſt. Allegoricè Qđ & ipſa nomina ſuis iterp̃tationib⁹ nõ incõuen iẽter exponũt. Odaren em̃ generatio eius,&; Phaſeron cõciſio iterpretaſ. Vñ p Odaren & frẽs eius,illi denotari poſſũt q q p vnitatẽ catholicę cõfeſſionis,ciuſdẽ ſe cũ bonis & ſimplicib⁹ fingũt eſſe gñationib⁹,ſed alienos ſe ab ipſorũ ſocietate oñdũt factis iniqs. De qb⁹ dicit Apſs: Titũ. 1. d. Cõfitenẽ qdẽ ſe noſſe deũ,fa.aũt negãt. Per Phaſeron autẽ ęteri q ab eccleſię vnitate nõ ſolũ religione ſed etiã pfeſſione fidei diſcrepãt,deſignanẽ. Tales ſchiſmata & lites atq; calamitates veris Chriſtianis parare nunq̃ deſiſtũt, ſed eorũ machinamẽta & dolos duces ſpiritales ĩ ipſos retorquẽt, nec eos milites Chriſti fraudibus ſuis nocere pmittũt. c ¶Et cõ.e. Ceſſãt⁹ turbinib⁹ bel li Ionathas ĩ machmas ingrediẽ,ibiq; inhabitãs iudicat populũ,& exterminat impios ex Iſrael: quia ſopitis prauorum bellis p̃dicatores ſancti hoc q uod pri⁹ de moralitate ſubditorũ ,ppter immi nẽtes tẽpeſtates ſili orũ minuebaſ reſtaurare cõtendũt,& iuſtę ſeruituris pãſum bonis moribus creatori ſuo reddere oĩ modo ſatagũt. Machmas em̃ hiſtorialiter vic⁹ eſt grãdis,q vſq; nũc in finib⁹ Elię oſtẽdit̃,antiquũ nomẽ retinẽs, no uũq; ab ea milibus diſtãs iuxta villã Rama. Interp̃taſ em̃ Machmas villę tributũ vel decretũ,quo videlicet ſancta ſignificaſ eccleſia, vbi inſtãter deo quotidie ſeruitur, & vbi iuxta decreta legis dei,iuſta iudicia per doctores fideliũ ſedulo exercenſ,atq; prauorũ nequitia à vero Iſrael procul exterminatur.

GLOS. ORDI. Cap. X.

ET anno cen. aſ. Alexan. Antio. Antiochũ nobilem ipſum dicit, quẽ Græci appellãt Epiphanẽ,filiũ Antiochi magni, de q̃ ſuperi⁹ plura narranſ.

Nico. de Lyra. ☞ Et audiuit

✠ a ¶Et ſeceſsit Io. in Beth. &c. Vt haberent fortalicium pro refugio. b ¶Et reliquit Ion. ſ. Bethbeſſen ad eius cuſtodiã. c ¶Et exiuit in reg. & ue. cũ nu. ſ. ſufficienti bellatorum. d ¶Et percuſsit Od. q erãt aduerſarij Ionathę & populi ſui. e ¶Simon ue. quas fecerat Bachides ad impugnationẽ ciuitatis,& ſic Simon p̃ualuit in ciuitate,& Ionathas in regione. f ¶Et afflixerũt eum ua. nã homini ſuperbo magna eſt afflictio ſuperare nõ poſſe. h ¶Et ira. Hĩc cõſequẽter deſcribiſ totalis receſſus Bachidis à Iudæa, cũ dicit̃: Et iratus cõtra ui. iuſto dei iudicio, cũ eſſent proditores patriæ & deſertores legis diuinę. i ¶Ipſe autẽ cogitauit cũ reliquis. nam probroſum erat ſibi in Iudęa manere. k ¶Et cognouit Ionathas. eius receſſum & iram contra illos qui eum adduxerant in Iudęam. l ¶Et miſit ad eum legatos comp. id eſt ad cõponendum. m ¶Pacem cũ ip. ſperans quòd reciperet eam ſicut & fecit. Cętera patent vſq; ibi: n ¶Et abi. Io. in ma. Alias, machmas,loc⁹ eſt Iudęę,vt patet. ſ. Re. xiij. o ¶Et cœpit Iona. bonos exaltando & impios puniendo, ex quo patet quòd habitabat ſatis pacificè.

✠ a ¶Et ſeceſ. Io. & q cũ eo er. &c. Moraliter in Be. q domus oris florẽtis interp̃taſ: Os verò florẽs eſt os deuotẽ deũ orãs: & ideo p Bethbeſſen domus orationis ſignificatur, ad quam refugiũt deuoti & ſic ab impugnationibus dæmones ſunt tuti: ideo ſubditur de Bachide dæmonum ſignificante. g ¶Et cõ. eius er. qa non pręualet oſonibus deuotis.

DELY. Cap. X.

IN anno. Hĩc conſequenter deſcribitur ducatus Ionathę cũ Alexandro, ſecundò, congreſſus Alexandri cũ Demetrio,ibi: Diuiſio Et cõgregauit. Tertio, cõgreſſus Ionathę contra Apolloniũ pro Alexandro rege,ibi: In anno centeſimo. Circa primũ Demetrius pręuenit Iudæos ſuis epiſtolis fictè,quibus rũ Ionathas bene vtitur. Secũdò Alexander ſcribit pacificè, cui creditur, ibi: Et audi. Alex. Tertiò, Demetrius ſcribit mẽdoſè & nõ auditur,ibi: Et audi. Deme. Circa primũ dicit̃: o ¶Et anno. cẽ. ſ. regni Grẽcorũ.

✠ Qui cog.

Moraliter. o ¶Et anno centeſimo ſexageſimo aſcendit Alexan. Per guerrã inter Alexandrum & Demetrium Gentiles Moraliter

✠ ex qua



Cap. X.

IN anno centeſimo ſexageſimo aſcẽdit Alexãder Antiochi filius tempore Alexandri filij Antiochi Eupatoris,cùm quo Ionathas habuit pacem,& ideo deſcribitur primò confœderatio Ionathę cũ Alexandro, ſecundò, congreſſus Alexandri cũ Demetrio,ibi: Et cõgregauit. Tertio, cõgreſſus Ionathę contra Apolloniũ pro Alexandro rege,ibi: In anno centeſimo. Circa primũ Demetrius pręuenit Iudæos ſuis epiſtolis fictè,quibus rũ Ionathas bene vtitur. Secũdò Alexander ſcribit pacificè, cui creditur, ibi: Et audi. Alex. Tertiò, Demetrius ſcribit mẽdoſè & nõ auditur,ibi: Et audi. Deme. Circa primũ dicit̃: o ¶Et anno. cẽ. ſ. regni Grẽcorũ.

✠ Qui cog.

Moraliter. o ¶Et anno centeſimo ſexageſimo aſcendit Alexan. Per guerrã inter Alexandrum & Demetrium Gentiles Moraliter

✠ ex qua

☞ a ¶ Et audiuit De. De hoc autē bello
E Demetrij atq; Alexandri quid Pomptius
Iustinus Trogus eiusq; breuiator Iustinus referāt,
non absurdū uidetur considerare. Sic enī
in epitomate eiusdē Pompei Trogi libr.
xxxv. scriptū est: Demetrius occupato Sy
riç regno, nouitatis suæ otium periculo
sum rat⁹, ampliare fines regni, & opes au
gere finitimorū bellis statuit. Itaq; Aria
rathi regi Cappadociæ propter fastiditas
† Holofer pera sororis nuptias infestus, fratrē eius † Ho
rofernē per iniuriā regno pulsum suppli
cem recepit, datūq; sibi honestū belli titu
lum, gratulatus restituere eū in regnum
statuit. Sed Horofernes ingrato animo
inita cū Antiochensibus pactione, offen
sis tūc Demetrio, pellere eū regno à quo
restituebatur consiliū cœpit. Quo cogni
to Demetrius vitę quidem, ne Ariarathes
metu belli fraterni liberaretur pepercit,
ipsum autē cōprehēsum vinctū Seleuciæ
custodiri iubet. Nec Antiochēses indicio
territi, à defectione destiterūt. Itaq; adiu
uantibus & Ptolemæo rege AEgypti &
Attalo rege Asię, & Ariarathe rege Cap
padocię bello à Demetrio lacessiti subor
nant. Prompalū quendā sortis extremæ
iuuenē, q Syriæ regnū velut paternū ar
mis repeteret, & ne quid contumeliç deef
set, nomen ei Alexandri indicitur, geni
tusq; ab Antiocho rege dicitur. Tantum
odiū Demetrij apud oēs erat, vt æmulo
eius nō vires tantū regię, verūetiā generis
nobilitas cōsensu omniū tribueretur. Igi
tur Alexander admirabili rerū varietate,
pristinarum sordiū oblitus, totius fermē
orientis viribus succinctus, bellū Deme
trio infert, victumq; vita pariter ac regno
F spoliat, quāquā nec Demetrio animus in
propulsando bello defuit. Nā & primo
pręlio hostē fugauit, & regibus bellū resti
tuentibus, multa milia in acie cecidit. Ad
postremum tamen inuicto animo inter
† fortissi mos † cōfertissimos hostes fortissimē dimicās
cecidit. In initio belli Demetrius duos fi
lios apud Gnidium hospitē suū cum ma
gno pondere auri dēmādauerat, vt à bel
li periculis eximerent, & si ita fors tulisset,
paternę vltioni seruarentur. Ex his maior
Demetrius annos egressus pubertatis au
dita Alexandri luxuria, quem insperatæ
opes & alienæ felicitatis ornamenta ve
lut captū inter scortorū greges desidem
in regia tenebāt, auxiliantibus Cretensi
bus securū ac nihil hostile metuentem ag
greditur. Antiochenses quoq; veterē pa
tris offensam nouis meritis correcturi se
ei tradūt. Sed & milites paterni fauore iu
uenis accensi prioris sacramenti religionē
noui regis superbiæ præferentes, signa ad
Demetriū transferunt, atq; ita Alexander
non minori impetu fortunę destitutus quā
elatus primo pręlio victus interficitur, de
ditq; pœnas & Demetrio quē occiderat,
& Antiocho cui⁹ mēritus originē fuerat.
b ¶ Et uenit Io. Demetrio pacē per epi
stolā deferēti, Ionathas Ierusalē inhabitās
Moraliter cœpit innouare ciuitatē, quia licet perse
cutores aliquando minis fideles terreant,
aliquando verò blandimētis foueant, do
ctores sancti tamen assiduè insistunt spiri
tali ędificationi, & innouāt ciuitatē eccle
siç, quaten⁹ eā hostes sui neq; vi irrūpere,
neq; fraude circumuenire possit. Inde est
q̄ montē Sion Ionathas iussit faciētibus
opera lapidib⁹ quadratis vndiq; munire.
qa prędicatores eu⁹ geliį pręcipuè studeant
castra ecclesiç sanctis ac forub⁹ viris circū
dare, quos qui cognominatus est nobilis, &
occupauit Ptolomaidam, & rece
perunt eum, & regnauit illic. Et
audiuit Demetrius rex, & con
gregauit exercitum ualde copio
sum, & exiuit obuiam illi in prę
lium. Et misit Demetrius epi
stolam ad Ionatham uerbis pa
cificis, ut magnificaret eum. Di
xit enim: Anticipemus pacem fa
cere cum eo, prius q̄ faciet cum
Alexandro aduersus nos. Recor
dabitur enim omnium malorum
quę fecimus in eum & in fratrem
eius & in gentem eius. Et dedit ei
potestatem congregandi exer
citum, & fabricare arma, & esse
ipsum socium eius, & obsides
qui erant in arce iussit tradi ei.
b Et uēnit Ionathas in Ierusalem,
& legit epistolas in auditu omnis
populi, & eorum qui in arce
erant. Et timuerunt timore ma
gno, quoniam audierunt, quòd
dedit ei rex potestatem congre
gandi exercitum. Et traditi sunt
Ionathæ obsides, & reddidit eos
parentibus suis, & habitauit Io
nathas in Ierusalem, & cœpit ędi
ficare, & innouare ciuitatem. Et
dixit facientibus opera, ut extru
erent muros, & montem Sion
in circumitu lapidibus quadra
tis ad munitionem, & ita fece
runt. Et fugerunt alienigenæ
qui erant in munitionibus, quas
Bachides ædificauerat, & reli
quit unusquisque locum suum,
& abiit in terram suam: tantùm
in Bethsura remanserunt aliqui
ex his qui reliquerant legem &
præcepta dei. Erat enim hæc eis
c ad refugium. Et audiuit Ale
xāder rex promissa, quę ꝓmisit
Demetrius Ionathæ, & narra
uerunt ei prælia & uirtutes quas
ipse fecit & fratres eius, & labo
res quos laborauerunt. Et ait:
Nunquid inueniemus aliquem
uirum talem? Et nunc faciemus
eum amicum & sociū nostrum:
& scripsit epistolam, & misit ei se
cundum hęc uerba, dicens: Rex
Alexander fratri Ionathę salutē.
Audiuimus de te, quòd uir po
tens sis uiribus, & aptus es ut sis
amicus noster. Et nunc constitui
mus te hodie summum sacerdo
tem gentis tuæ, & ut amicus uo
ceris regis. Et misit ei purpuram

dare, quos quadrati lapides designant, ne G
facilē hostib⁹ pateat locus ciuitatē sanctā
inuadēdi. Quadratū nāq; omne quocūq;
vertis fixum stare cōsueuit, cui nimirū figu
rę corda assimilātur electorū, q̄ ita in fidei
firmitate cōsistere didicerunt, vt nulla oc
currentiū rerū aduersitate, nec ipsa etiam
morte à sui rectitudie status inclinari pos
sint. Per Bethsurā quæ domus robusto
rū, interpretatur, aliqū ecclesia, aliqū verò Mystice
scriptura sacra designatur, in qua robusti,
hoc est doctores sancti & apostolici viri
cōmonere vident. Sed sicut in ecclesia prę
senti boni & mali cōsistunt, donec sagena
dīuibonos & malos pisces trahēs ad littus,
hoc est ad finē mūdi, & ad iudiciū extre
mę discretionis pducat, ita scriptura sāa
& lectores habet pios q̄ eā catholico sen
su rimant, & prauos q̄ eā ad sensum suū
p vim trahendo deprauare conant. Vñ
Paulus apostol⁹ scribēs ad Timotheū ait:
Ois scriptura diuinitus inspirata est vtilis
ad docendū, ad arguēdū, ad corrigendū, 2.Tim.3.d.
ad erudiendū, ad audiendū in iustitia, vt
perfect⁹ sit homo dei ad oīne opus bonū
instructus. Mali autē homines & seductores
pficiūt in peius errātes & in errorē mitten
tes. Hinc & princeps apostolorū dicit in
doctos & instabiles scripturas sacras de 2.Pet.3.d.
prauare ad suā ipsorū pditionē. Desinen
tibus ergo Gētiliū psecutionibus forinse
cus hactenus hęretici atq; schismatici moli
untur bonis catholicis bella intrinsecus.
qa reliquerūt legē dīi & viā veritatis ob
seruare noluerūt. Idcirco dicit Bethsura
eis ad refugiū fieri, qa quicquid sensu ne
quam excogitauerint aut prauo eloquio
protulerint, totū testimoniis scripturę sacrę
non rectè intellectis cōfirmare satagunt.
c ¶ Et aud. ꝙ reges Syriç atq; AEgypti
cōtēdētes de regno auxiliū & amicitiā Io
nathę singuli expetebant, nō aliud signifi- H
☞ care arbi.

Nico. de Lyra.

✠ a ¶ Qui cognominatus est nob.
s. Alexander sicut auus suus Antiochus
Epiphanes. b ¶ Epistolam uerbis pa.
Fictè, & hoc Alexandri timore. ideo sub
ditur: c ¶ Recordabitur e. & sic iuua
bit contra nos Alexandrū, Ionathas tamē
illis epistolis vsus est ad bonum suę gētis,
quia per eas incussit timorē alienigenis,
& recuperauit obsides de ludæis quos ac
ceperat Bachides, vt dictū est capite præ
cedenti. & patet litera vsque ibi: d ¶ Et
habitauit Ionathas in Ierusalem. Et
subditur causa cùm dicitur: e ¶ Et cœ
pit ædificare & innouare ciuitatem.
Ad dei cultum electam. f ¶ Et fuge
runt. Extra Ierusalem. g ¶ Tantum in
Bethsura remanserunt aliqui ex his.
Id est de filiis Israel, qui erant apostatę à le
ge dei. h ¶ Et audiuit Alexāder. Hic
consequenter rex Alexander scribit Iona
thæ veraciter. Et patet litera vsque ibi:
i ¶ Rex Alexander fratri Ionathæ
salutem. Fraternitatis nomine apparet
veritas amicitiæ. k ¶ Et misit ei pur
puram. Id est vestem purpuream.
✠ Et coronam
✠ ex qua Ionathas & alij fideles melius Moraliter
habuerūt, significatur quòd dīs aliquan
do inter malos suscitat brigam, vt boni
maiorē habeant quietē. Et sic dicit Augu.
quòd guerra dæmonū est pax homium.
Et dominus per Isaiā. xix. a. Concurrere
faciam AEgyptios aduersus AEgyptios.

✠ Vt audiui

care arbitror, nisi q̄ carnales quiq̄ superbi & auari atq̄ voluptuo
A si, licet inter se semp dissentiāt, & veræ pacis fœdus nequaquā fir
miter seruare possint, nōnunq̄ tñ videtes vnanimitatē & cōcor
diā sacræ scripturę vel sanctę ecclesię, ipsi deferūt honorē, qa do
nū qd̄ se nō hr̄e cōspiciūt, i ipsa habitū veneranť. Nōnullię pro
hoc ei⁹ quęrūt opitulationē, eiusq̄ optāt habe
re amicitiā, vt inde opportunis solatiis adiuti
per imitationem virtutum & ipsi meliorētur.

☞ In anno

Nicolaus de Lyra.

a ¶ Et coro. aur. q
bus licitum erat vti illis & non aliis qui erāt spe
ciales regis amici. Et sic patet, qd̄ salutauit eum nō solū ỳ his fictis sicut Demetri⁹, sed etiā donis honorabilib⁹ & precio
sis. b ¶ Vt quæ nost. in prosperis & aduersis, qd̄ ꝓprium est veraciū amicorū. c ¶ Et indu
se Io. i. vestē pontifica
lē. d ¶ In die solenni
scœno. id est dedicatio
nis tēpli primi, qd̄ fecit Salomō. nā illa dedicatio fuit septimo mēse. q correspōdet septembri. Dedicatio ỳ ò templi se
cundi fuit mense adar. ſ. Esdr. vſ. q est. xij. apud Heb. & correspōdet februario, licet aliq̄n con
currat saltē pro magna parte cū martio. e ¶ Et
B fecit arma copiosa. tē
pore quo erat in pace p
pter contentionem Demetrij & Alexandri ad inuicem. f ¶ Et audi
uit Demetrius. Hīc consequenter ponitur epistola secunda Demetrij ad Iudæos adulatoria & ficta. propter qd̄ non fuit ei adhibita fides. & patet vsque ibi: g ¶ Quoniam seruasti ad nos pa. Ficte loquitur: quia non legit Ionathas cum eo fecisse aliquod pactum, sed tm̄ epistola sua vsus fuisse ad bonum, vt prædictū est. h ¶ Et remitte. uobis præsta. multa. id est multa quæ consueuistis nobis reddere. i ¶ Et dabimus uob. donati. ita quōd non solū remittemus vobis debita, sed etiam dabimus vobis ampla dona. k ¶ Et pretia salis indulgeo. id est pecuniam quam debebatis regibus pro sale fiendo. Est enim terra Iudęę pro magna parte super mare, & in aliquibus locis faciebāt effluere aq̄s maris per alueos super terrā salē quę cōuertebantur in sal ad calorem solis. Et illa loca dicebantur salinæ, de quibus fit mentio infrā. ca. xj. l ¶ Et c. re. q̄s nobis debebatis. m ¶ Et ter. se. i. frugū.

& coronam auream, ut quæ nostra sunt, sentias nobiscum, & conserues amicitias ad nos, & induit se Ionathas stolam sanctam septimo mense anno centesimo sexagesimo in die solen
ni Scœnophegię. Et congregauit exercitum, & fecit arma co
piosa. Et audiuit Demetrius uerba ista, & contristatus est ni
mis, & ait: Quid hoc fecimus, quòd præoccupauit nos Alexander apprehendere amicitiam Iudęorum ad munimen sui? Scribam & ego illis uerba deprecatoria & dignitates & dona, ut sint mecū in adiutorio. Et scripsit eis in hæc uerba: Rex Demetrius genti Iudæorum salutem. Quoniam seruastis ad nos pactum, & mansistis in amicitia nostra, & non accessistis ad inimicos nostros, audiuimus & gauisi sumus. Et nunc per seuerate adhuc conseruare ad nos hdem, & retribuemus uobis bona pro his quæ fecistis nobiscum, & remittemus uobis prestationes multas, & dabimus uobis donationes, & nūc absoluo uos & omnes Iudæos à tributis, & pretia salis indulgeo, & coronas remitto, & tertias seminis & dimidiā partem fructus ligni, quod est portionis meæ, relinquo uobis ex hodierno die & deinceps, ne accipiatur à terra Iuda, & à tribus ciuitatibus quæ additæ sunt illi ex Samaria & Galilęa, ex hodierna die & in totum tēpus. Et Ierusalem sit sancta & libera cum finibus suis, & decimę & tributa ipsius sint. Remitto etiam potestatem arcis quę est in Ierusalem, & do eam summo sacerdoti, ut constituat in ea uiros quoscunq̄ ipse elegerit, qui custodiant eam, & omnem animam Iudęorū quę captiua est à terra Iuda in omni regno meo relinquo liberam gratis, ut omnes à tributis soluantur etiam pecorū suorum. Et omnes dies solennes & Sabbatha & Neomenię & dies decreti & tres dies ante diem solennē, & tres post diem solennē, sint omnes immunitatis & remissionis omnibus Iudęis qui sunt in regno meo. Et nemo habebit potestatē agere aliquid & mouere negotia aduersus aliquem illorum in omni causa. Et ut adscribātur ex Iudęis in exercitu regis ad triginta milia uirorū. Et dabuntur illis copię ut oportet, omnibus exercitibus regis, & ex ipsis ordinabūtur qui sint in munitionibus regis magni. Et ex his constituentur super negotia regni quę aguntur ex fide, & principes sint ex eis, & ambulent in legibus suis, sicut præcepit rex in terra Iuda. Et tres ciuitates quę additę sunt Iudææ ex regione Samarię, cum Iudęa reputentur, ut sint sub uno, & non obediant alienæ potestati nisi summo sacerdoti, Ptolæmaida, & confines eius quas dedi donum sanctis qui sunt in Ierusalem ad necessarios sumptus sanctorum. Et ego dabo singulis annis quindecim milia siclorum argenti de rationibus regis quę me contingunt, & omne quod reliquum fuerit quod non rediderant qui super negotia erant annis prioribus, ex hoc dabunt in opera domus. Et super hæc quinque milia siclorum argenti quæ accipiebant de sanctorum ratione per singulos annos, & hæc ad sacerdotes pertineant qui ministerio funguntur. Et quicunq̄ confugerint in templum quod est Ierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij regi in omni negotio dimittantur, & uniuersa quæ sunt eis in regno meo libera habeant. Et ad ædificanda uel restauranda opera san

n ¶ Et dimidiā par. fru. i. Id est arborum. o ¶ Quod est C
por. meæ. De consuetudine mihi debitæ. p ¶ Et Ierusalē sit
san. Ab omni tributo & exactione. q ¶ Et decimæ & trib.
Quæ solent nobis reddi. r ¶ Ipsius sint. Ad bonum ciuita
tis. s ¶ Remitto. Sequitur: Qui custodiāt eam. ſ. pro rege,
vt dicit Iosephus. vnde Iosephus
& ca. sequenti dicit, q Ionathas congregauit
gētē ad expugnādū ar
cē illam. Ex quo patet qd̄ nō erat sibi tradita. t ¶ Et oēm ani. id est personā. v ¶ Vt
oēs à tributa q̄ nō so
li sint liberi à tributo debito ꝓ personis suis sed etiā ꝓ animalibus brutis. x ¶ Et omnes dies solen. q celebrā
tur semel in anno, vt Pascha & Pentheco
ste, & hmōi. y ¶ Et sabbatha. q̄libet hebdomada. z ¶ Et neo
me. i quolibet mēse. a ¶ Et dies decreti. ad solennizandum, ti
cut dies victoriæ de interfectiōe Holofernis & sui exercit⁹, vt habetur Iudith vlt. & de interfectiōe Amā. Esther ix. b ¶ Sint oēs im
ab oī exactiōe & vexatiōe. c ¶ Oībus Iud. q. qa multi valde remanserūt in ciuitatib⁹ Babylonię, Persidis & Mœdiæ. q cū Zoroba D
bel i Iudęā nō redierūt detenti amore vxorū q̄s acceperāt ibi, & p
lis quā genuerant, & bonorū tēporaliū quę ibi acq̄sierant. d ¶ Et nemo habebit. scilicet in diebus prędictis. e ¶ Et ut adscribāt. ex Iu. i exer. re. ad t
mi. ui. quæ erāt valde honorifica, & ad tutelā aliorū Iudęorum p regnum Syrię dispersorū. f ¶ Et ambul. in legibus suis. id est ita libere custodiant legitima sua per totū regnum meum, sicut in Iudęa. g ¶ Ptolæmaida. i. Achon. h ¶ Et Confines eius. Id est villæ sibi adiunctæ. i ¶ Quas dedi douum. Id est gratis. k ¶ Sanctis qui sūt in Ierusalem. Id est sacerdotibus & Leuitis diuino cultui deputatis. l ¶ Ex hoc dabunt in opera domus. scilicet domini, pro eius reparatione, & sacrificiorum oblatione. Consequenter ran
